



[Faint, mostly illegible handwritten text and sketches scattered across the upper half of the page.]

*одна формула
содержит*



[Faint, mostly illegible handwritten text and sketches scattered across the lower half of the page.]





COMMENTARIVS
IN DVOS LIBROS

ARISTOTELIS DE ORTV,
atque interitu.

Exstante 48
Ind. 12
Vol. 2

PRÆTEREA

¶ Questiones quæ ex his libris accipi possunt in contrariam
partem disputata.

Autore Gasparo Cardillo Villalpandeo Segobiensi
Doctore Theologo.

Ad Illustrem Virum Antonium Piresium
Philippi Catholici Regis nostri a Se-
cretis rerum status.

IESVS EST SPES MEA.
Si quid miraberis, pones inuitus.
Reddituro. satis.

opere collegio de A. cat.
recom.



COMPLVTI.

Ex typographia Ioannis de Villa noua.
Anno Domini 1569.



Cum Priuilegio Regis.

Est quæcumque
mea collegio de A. cat.
recom. Juan Gra

COMMENTARIUS
IN DVOS LIBROS
ARISTOTELIS DE ORTU

acque interita.

TRAFERRA

Autore Casparo Cardillo Villalpando Segovienſi
Doctore Theologo

Ad Illuſtriſſimum V. I. V. Antonium Truſtium
Catholici Regis noſtri a Se-



COMPTI
Ex Typographia Joannis de Villa Nova
Anno Domini 1569

Cum Privilegio Regis



Handwritten signatures and notes at the bottom of the page, including a large signature that appears to be 'J. de Villa Nova'.

Ad illustrem, & virtutis ac literarum orna-
 MENTIS CLARISSIMUM VI-
 rum Antonium Piresiū Philippi catholici Regis
 nostri a secretis rerū status, Gasparis Cardilli
 Villalpandei Segob. in duos libros Ari-
 stotelis De ortu atque interi-
 tu, Præfatio.



LIBROS Aristotelis de ortu, & interitu nostris cō-
 mentarijs illustratos atque auctos quæstionibus de re
 eadem, cum in vulgus emittere, & communicare stu-
 diosis bonarum artū hominibus cuperemus illustris
 Antoni tuo potissimum nomini consecrare, in ani-
 mum induximus. Id, vt faceremus, multæ nos grauissi-
 mæ causæ, rationesque compulerunt: quarum lingulæ
 tantum per se valent, iudicio meo, vt nō modo, me, quem ipsa natura re-
 rum admodum potens, tacitis quibusdam stimulis, veluti facibus subie-
 ctis, ad obsequiū tui ardentissime concitat, & inflāmat, sed alium quem
 tuis, nisi tibi admodum Repugnantem animum gerat, facile permouere
 possint, vt tantam istam virtutem tuam, tam insignem, admirabilemque
 prudentiam, cum bonarum artium cognitione, atque scientia coniunctā
 plurimum admiretur, laudetque.

Quanti tu facias eos viros, qui præclaris suis scriptis de hominum ge-
 nere bene mereri student, ex familiaribus, & literarijs sermonibus, quos
 ego tecum, magna cum voluptate mea sepe numero contuli, non obscu-
 re intellexi. Scio etiam quibus verbis, quanta orationis facundia, quæ
 tibi tum natura, tum arte plurima contigit, ad laborem perferēdum eos
 homines hortari consueueris, qui, vel difficultate perterri, v, ipso rerū
 pondere oppressi in medio cursu virtutis animum despōdent ac sese cō-
 tinuo victos fateri, volunt. Scio tandem quibus beneficijs studiosos bo-
 narum artium prosequaris. Nec enim ita te comparasti, vt quorundam
 hominū qui plus iusto sibi arrogant, cum sint ignauissimi, sentētiam pro-
 bare vsquam velles, aut posses, qui nescio qua insania correpti, & furore
 mentis agitati prorsus inutilem, & superuacaneam esse ferūt illam ope-
 ram, quam viri alioqui doctissimi his temporibus libris scribendis, atq;
 inuulgandis impendunt. Quasi vero omnis generis scriptorum diligen-
 tiam, atque industria vlllo tempore vnquam tantopere nobis fuerit ne-
 cessaria, quā hoc sit: cum quorundam deprauatorum hominum, & am-
 bitioni, atque gloriæ seruientium culpa, effectum est, vt omnes ferē artes
 bonæ, & sanctissimæ disciplinæ vel omnino pessum ierint, vel contami-
 natæ, conspurcatæque sint. Nec vident literarū ossores strenui, hoc enim

Epistola.

nomine libenter eos appellabo quamdiu in hoc perniciosissimo errore perstiterint, libris subinde æditis, vt cætera cõmoda taceam, illud efficit, quod est sanè maximum, & ad comparãdas purius, atq; expeditius disciplinas summopere necessarium, vt veteres discipline, atque artes latè patentes in compendium redigantur: obscura splendorem accipiant: quæ vi debantur, extra chorum saltare, vt est in prouèrbio, in ordinem referantur, quæ barbari barbære scripta nobis reliquere, doceantur latine, id est suo, conuenientique sermone tradantur. Denique ab alijs inuèrte artes in genue pro dignitate explicentur. Nemini enim obscurum esse potest, interdum sic accidere, vt ciborum bona pars eo solum nomine quòd bene condita sit, delicatis & fastidientibus stomachis probetur.

Tu vero proprio periculo comperisti Antoni clarissime quam ingen- ter vtilitates hominibus adferat bonarum disciplinarum atque artium cognitio, qui vt illam absolutam, atque perfectã à summis viris, quibus te optimus, & sapientissimus pater tuus & in omni genere rerum maximus erudiendum dedit, perdocereris; ab ineunte etate bonam A Europæ partem discèdi gratia peragraisti. Plurimas noctes duxisti infornes: dies plurimos magnorum virorum colloquijs tribuisti. Variarum gentium, apud quas non sine summa laude, atque incremèto virtutis diu versatus es, accuratissime ingenium explorasti: tibi que quod esset ex vsu ex eisdem periculum fecisti. Denique tempus quod ista etate, plerique oēs ludis, iocis, confabulationibus, molioribus etiam voluptatibus dare solent, libris euoluendis, atque audiendis viris excellentibus impedisti. Videbas enim nullam esse maiorem voluptatem, aut quæ naturæ hominum magis accommodata sit, quàm quæ ex studijs bonarum artium percipitur, ad quas natura ipsa compositi atque effecti sumus.

Ex huiusmodi autem studijs, quæ tu a teneris annis strenuissime coluisti isto ingenio, & fortuna, in qua partim paterna virtus, quæ ad res omnes maxima semper habita est, præsertim vero ad obsequia regibus nostris in rebus maximis præstanda, partim tua, quæ tãquam fulgentissimũ sydus emicat, te collocavit, digna oblectamenta capisti: illa etiam tibi magnum emolumentũ, atque præsidium attulerunt, ad secundas, atque aduersas res, quæ tibi intenera ista etate plurimè contigerũt: equo animo perferendum. Ad tractandos animos hominum dextere, ac pro dignitate: eosdemque in officio retinendum, siue publicam, siue priuata negotia agenda tibi sint, in quibus tu quidè non ex officio modo, sed cum est etiã alienis commodis prospiciendum, occupari libenter soles. Ergo cum te illis naturæ atque artis præsijs & ornãmètis præditum esse intelligam, quibus de aliorum studijs optime, atque incorrupte possis iudicare: atque is sis, qui propter summam, quam in his humanioribus disciplinis eruditionem est consecutus, atque etiam propter eam personam, quam rebus maximis præfectus apud regem nostrum substines, possis, atque velis, si res poscat, opemferre: insuper me non vulgaribus beneficijs deuinxeris: postremo hij libri peculiari ea ratione tibi debeantur, quòd eisdem dum Aristotelem interpretor, publicis, & priuatis prælectionibus ex me audieris,

audieris. Vt ergo quanti te faciam provirili mea portione apud oēs mortales testatum reliquam, statui commentarios meos in duos illos elegantissimos libros de ortu, atq; interitu tibi dicare. Hos tu Antoni optime eo animo suscipe, quo traduntur a me: hoc est hilari, atque grato.

In his autem libris explicandis, ne te id lateat, illud consilium sequuti sumus, ut non satis putarem nuda commentaria publicare, adiecimus disputationes illas, quę in Academijs bene institutis de his rebus haberi solent. Cuiusmodi scribendi ratio, tamen si nūquam mihi nō magno pere probata sit: certe hoc tempore probatur maxime: ut propositis exemplis discamus, qua ratione manus cum hoste nobis cōserendę sint, & dimicā dū pro veritate, quę cum sit in profundo demersa, ut aiebat Democritus, in conspectū hominum disputando convenientissime reuocatur: hanc ipsam minori negotio Reperiemus, si iura prius, ut Aristoteles inquit, audiantur, id est, si rationes in cōtrariam partem in medium productę examinentur diligenter. Quamquam in ea re modum tenere conati sumus, ne si pertinacius cōtendamus, aut plus iusto altercemur, quod sepe fit, veritatem, quā quęrimus, amittamus. Ceterū cū controverſiam dirimimus aut de quęstione proposita nostram sententiam pronunciamus, raro citamus autores, ne, quod accidit plerunque, studio partium in luce positam quispiam veritatem contemnat. Quam rationem interpretandi secuti etiam sumus, cum Aristotelis dialecticam & octo illos libros admodum obscuros de physica auscultatione explicarem. Eandem quoque seruamus in illis alteris, quos volente deo, breui in lucem daturi sumus, de cęlo atque anima: tamen si non ignorem, quot, & quantę molestię mihi deorandę sint quantiq; sumptus tolerandi si prestare velim, quod polliceor: leues tamē Antoni Pręstātissime molestias oēs, sumptusque putabo, modo sit vnde illos facere possim, fretus ope tua & patrocinio animatus. Vale cōpluti ex bibliotheca nostra octavo Kal. Aprilis. An. d. lxxvij.

Democriti *Epistola* *Quintus* *Quintus*

Simonis Cugnæ ad Gasparem Cardillum

Villalpandæum.

Epigramma.

*Dum magni reſeras natura arcana magiſtri,
Et penitus mentem pandis Ariſtotelis,
Dumq; quid interitus, dum quid ſit diſſeris ortus,
Et quo res ſoleant naſci & obire modo,
Myſtica dum ſophiæ Villalpandæe recludis
Præcepta, ingenio mirè adaperſa tuo,
Interit excellens doctorum fama virorum,
Et paris æternum nomen in orbe tibi.
Nam veluti alterius res quælibet interit ortus
Quodq; prius fuerat non manet ulterius:
Sic tibi doctorum ſcribenti turba virorum
Cecit, proq; ſuis iam tua ſcripta probat.
Uiq; vel occiduis cum ſol ſe pandit in oris,
Vel roſeo optatum promit ab orbe diem,
Alterius utroq; ſolet ſplendeſcere in orbe,
Et roſei oſtendit vultus ubiq; tubar:
Sic tua ſiue ipſe interitum, ſiue arduus ortum
Cardille explanes, gloria ubiq; viget.
Iure igitur miris celebrat te laudibus orbis,
Omnia qui mira dexteritate facis.*



Or quanto por parte de vos Gaspar Cardillo de Villalpá do Doctor en santa Theologia, residéte en la vniuersidad dela villa de Alcalá de Henares nos ha sido hecha relación que vos auíades hecho dos libros de coméntarios de Aristoteles de ortu adque interitum, los quales eran muy vti es y prouechosos en los quales auíades gastado mucho tiempo y tenido en ello mucho trabajo atento lo qual nos suplicastes os cessemos licencia y facultad para imprimir los, y juntamente con la dicha licencia preuilegio para que por el tiempo que nuestra merced y voichad fuesse, ninguna otra persona destos nuestros reynos y señorios pudiesse imprimir ni vender so graues penas, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en los dichos libros se hizieron las diligencias que la pregmatica por nos agora nuevamente hecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon y nos tuuimos lo por bien. Por lo qual vos damos licencia y facultad para que qualquier impressor destos nuestro reynos pueda imprimir y imprima los dichos libros que de suso se haze mencion sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se quenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, a vos el dicho Gaspar Cardillo: o la persona que vuestro poder ouiere, podays imprimir y veder los dichos libros y mandamos que persona alguna sin vuestra licencia durante el tiempo de los dichos diez años no los pueda imprimir ni veder so pena de perder todos los libros que ouiere imprimido y mas veynte mil marauedis para nuestra camara, y mandamos que despues de impresos no se puedan veder ni vedan sin que primero se traygan al nuestro consejo juntamente con los originales que en el fueron vistos que van rubricados y firmados en fin dellos de Domingo de cauala nuestro escriuano de camara delos que residé en el nuestro consejo para que se vea la dicha impressiõ, si esta conforme a los originales, y se tasse el precio porque se ouieren de vender cada volumen so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nuestros reynos, y mandamos a los del nuestro consejo presidente y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes alguaziles de la nuestra casa y corte y chancellerias e a todos los corregidores Asistente gouernadores alcaldes y otros juezes y justicias quales quier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios y acada vno y qualquier dellos asy a los que agora son como a los que serã de aqui adelante que vos guardé y cúplan esta nuestra cedula e merced que asy vos hazemos y contra el tenor y forma della no vayã ni passen ni cõfientan yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced y de veynte mil marauedis para la nuestra camara, a cada vno que lo contrario hiziere. Fecha en madrid, a 7. dias de Iulio de. 1562. años.

Yo el Rey.

Por mandado de su magestad

Francisco de Erasso.

Quæstiones quæ à nobis explicantur in his duobus libris.

Quod sit propositum Aristotelis in his libris.	fo. 1. p. 1
Quod sit subiectum horum librorum, & quis ordo.	ib. p. 2
Vtrum vnus rei ortus sit alterius interitus.	fo. 10. p. 2
Vtrum possit aliquid fieri ex nihilo.	fo. 11. p. 2
Vtrum accidentia sint in materia prima tanquam in subiecto an in composito.	fo. 11. p. 1
Vtrū aliqua forma substantialis maneat eadem post ditū rei quæ fuerat prius.	fo. 15. p. 1
Vtrum in eodem homine existant plures formæ.	fo. 16. p. 1
Vtrum augmentatio fiat secundum formam, an vero secundum materiam.	fo. 22. p. 1
Vtrum facultas nutriendi diuersa sit a facultate augendi.	fo. 25. p. 1
Vtrum acretio sit motus continuus, & per se.	f. 26. p. 1.
Vtrum omne quod agit agat tangendo.	f. 26. p. 2.
Vtrum idem in seipsum possit agere.	f. 31. p. 2.
Vtrum simile agat in simile.	f. 32. p. 1.
Vtrum quod agit patiatur ab eo in quod agit.	fo. 34. p. 1
Vtrum formæ elementorum maneat in mixto.	f. 44. p. 1
Vtrum formæ elementorum intendi possint atque remitti.	f. 45. p. 2.
Vtrum sensus videndi sit prior cæteris sensibus.	f. 48. p. 2.
Vtrum vera sint quæ docet Arist. de primis qualitatibus.	f. 51. p. 2.
Vtrum tantum sint quatuor elementa.	f. 52. p. 1.
Vtrum sit elementū ignis, & quo loco sit, & quomodo deprehēdi a nobis possit.	f. 53. p. 1.
Vtrum contrariæ qualitates simul esse possint.	f. 54. p. 1.
Vtrū singulis elementis vnā quædam summa qualitas cōcessa sit.	fo. 56. p. 1
Vtrum elementa symbola facilius transmutentur, quam disymbola.	fo. 58. p. 2
Vtrum omne mixtum quatuor elementis constet.	fo. 66. p. 2
Vtrum res æternæ efficientem causam habeant.	f. 69. p. 1.
Vtrum materia cæli diuersa sit a materia generabili.	f. 69. p. 2.
Vtrum materia causa sit cur res corrumpantur.	f. 70. p. 2.
Vtrum sit aliquod mixtum omnino temperatum.	f. 95. p. 2.
Vtrum semel corruptum possit per naturam redire numero idem.	f. 77. p. 1.
Vtrum natura liberatione conuinci possit resurrectio mortuorum.	f. 77. p. 2.
Vtrum possit homo viuere ultra spacium sibi concessum a natura.	f. 73. p. 2.

I QVÆSTIONES PRÆ

A M B V L A E.

PRIMA QVÆSTIO DE PRO- posito Aristotelis in his libris.



NT EA quam expli-
care incipimus sentē-
tiam Aristot. singulis
capitibus comprehē-
sā, more nostro, que-
stiones quasdam præ-
ambulas absoluem⁹:
quarum explanatio

nem admodum necessariam putamus cæteris omnibus percipiendis quæ ab Arist. nobis proponuntur in his libris. In primis verò quæstio existit, quod sit Arist. propositū in his duobus libris de ortu atque interitu. De qua quæstione tamen varij varia nobis monumentis suarum literarum scripta reliquerint, nos sanè quid Arist. crediderit cōpendio dicemus, prætermittentes quæ ad rem istam parū pertinere existimauerimus.

Propositū
Aristot. in
his libris.

Est itaque Aristot. propositum in his libris, disputare vniuersim de causis & rationibus eorū, quæ secundū naturā generantur, atq; intereunt. Hanc esse Arist. sententiam, primum constat eius verbis, cum ait initio horum librorū: Generationis & interitus, omnium pariter quæ natura gignuntur & occidunt, causæ differendæ sunt, atque rationes. sic enim, vertit Genesius Sepulveda, cuius interpretationem his commentarijs inferere, animus est. Eadem præterea sentētia illa ratione conuincitur, quæ ex diuisione sumitur scriptorum Arist. de natura, quam tractamus initio commentariorum in libros de cælo. Cū enim quatuor memoratis libris ceterū corpus explicatū sit, reliquū est, explicandū corpus ortui atq; interitui obnoxium. Ad eā autē rē profectō necessariū, est vniuersim explicare ortum, atque interitum: & causas, atque rationes vtriusque: hoc nullo alio loco præstat Arist. quam præsentī. Et confirmatur hæc ratio: quia non satis convenienter explicari potest, cœpta lib. 3. & 4. de cælo disputatio, de numero, & transmutatione

Ratio.

Confirmatio.

elementorum, nisi natura ortus atque interitus vniuersim explicetur: ea verò explanata admodum, quod sit in his libris, omnes affectus elementorum aperte constabunt: ob eamque rem post libros de cælo, causas & rationes ortus & interitus nos docet Arist. atque ita connectens vtramque tractationē, cū ad calcem librorum de cælo dixisset, de graui quidem & leui hæc dicta sint: subiungit initio horum librorum: de ortu autem atq; interitu eorum quæ natura gignuntur, &c. ita enim legit Philopponus vir diligentissimus, atq; ita habet græca lectio. Obijciat quispiā, Arist. pessimè facere, dum in presentia causas explicat ortus, atque interitus: si quidem illæ ab eodem etiam explanantur in libris de animalibus, de plātis, & meteorologicis: quare alterutro loco præter rationem ortus causas, atque interitus nos docet. Hæc dubitationem Arist. soluit, cū ait, disputare se in presentia de causis ortus, atq; interitus vniuersim, ut (vt Genesius vertit) omnium pariter. Duobus siquidem modis causæ accipiuntur ortus atque interitus: altero quidem vniuersim, altero verò specialiter. In his libris, causæ ortus atque interitus docentur generaliter, hoc est, non accommodatæ rebus singulis, animalibus videlicet, aut plantis. Alijs autem locis, tractantur quidem causæ, at non generales eorum quæ oriuntur, sed speciales, & propriæ. Quod factum est ab Arist. in libris de animalibus & plantis: quibus locis singulorum animalium, & plātarum, suæ proprięque causæ referuntur, & explanantur.

elementorum, nisi natura ortus atque interitus vniuersim explicetur: ea verò explanata admodum, quod sit in his libris, omnes affectus elementorum aperte constabunt: ob eamque rem post libros de cælo, causas & rationes ortus & interitus nos docet Arist. atque ita connectens vtramque tractationē, cū ad calcem librorum de cælo dixisset, de graui quidem & leui hæc dicta sint: subiungit initio horum librorum: de ortu autem atq; interitu eorum quæ natura gignuntur, &c. ita enim legit Philopponus vir diligentissimus, atq; ita habet græca lectio. Obijciat quispiā, Arist. pessimè facere, dum in presentia causas explicat ortus, atque interitus: si quidem illæ ab eodem etiam explanantur in libris de animalibus, de plātis, & meteorologicis: quare alterutro loco præter rationem ortus causas, atque interitus nos docet. Hæc dubitationem Arist. soluit, cū ait, disputare se in presentia de causis ortus, atq; interitus vniuersim, ut (vt Genesius vertit) omnium pariter. Duobus siquidem modis causæ accipiuntur ortus atque interitus: altero quidem vniuersim, altero verò specialiter. In his libris, causæ ortus atque interitus docentur generaliter, hoc est, non accommodatæ rebus singulis, animalibus videlicet, aut plantis. Alijs autem locis, tractantur quidem causæ, at non generales eorum quæ oriuntur, sed speciales, & propriæ. Quod factum est ab Arist. in libris de animalibus & plantis: quibus locis singulorum animalium, & plātarum, suæ proprięque causæ referuntur, & explanantur.

1. obiectio.

Soluitur

Causæ ortus accipiuntur bifariā.

2. obiectio

Rursum obijciat aliquis, non debuisse Arist. hoc loco de causis vniuersim & generaliter eorum quæ oriuntur, atque occidunt tractare: quandoquidem planè, atque perfectè de eisdem differuit lib. 2. de physica auscultatione, quemadmodum cōmentarijs in eum locum longa oratione à me monstratū est.

A Hanc

Soluitur.

Hanc etiā dubitationem soluit Arist. in præsentia cum ait: explicare se omnium rerum quæ oriuntur atque intereunt causas, nō autem omnium rerum simpliciter. Etenim lib. secundo de physica auscult. Arist. non solū explanat causas, atque rationes rerum quæ generari & corrumpi possunt, sed etiam rerum illarum quæ vel ab arte, vel à natura, vel à mēte proficiuntur, tamen si maximè causas doceat rerum constantium naturā: hoc vero loco non omnium rerum naturalium causas aperit, atque rationes, sed earum duntaxat quæ ortum acque interitum subire possunt. Atque huc spectans Arist. cum dixisset causas, & rationes inquirere se generationis & corruptionis, ne existimaret quispiam omnium rerum quæ generant, sūntq; causas ab eodem tractari in præsentia debere, aut eorum quæ natura generantur, atque intereunt: nam prætermittit causas eorum quæ vel ab arte, vel à mente, proficiuntur, vel etiam ab ipsa natura rerum, quæ non generantur, aut intereunt.

Quo nomine causas & rationes distinguantur.

Quæret aliquis cur Arist. inquit explicandas esse in præsentia causas & rationes? Ferunt quidam, nomine causæ significari materiam atque efficiens: rationis verò appellatione, formam & finem: forma enim ratio appellatur & substantia rei lib. secundo de physica auscult: similiter etiam finis, qui re ipsa à forma non discrepat. Verū iudicio meo, nomine causæ quadruplex causæ genus comprehenditur ab Arist. materia inquam, forma, efficiens, & finis: rationem, verò Arist. appellat modum quo res generantur, & corrumpuntur: ut non tantum causas doceat, sed etiam modum gignendæ rei: est enim diuersus modus generationis ab ipsa causā. Quod exemplo constare possit eorū, quæ in sublimi loco gignuntur: quorū causas & modos refert philosophus in meteorologicis. Neque enim satis est, ut perfectæ de ortu atque interitu disputatio habeatur, causas rerum quæ oriuntur, atque occidunt dicere, nisi rationem quoque doceamus, qua res fiant.

Nostratenrentia.

5. Obiectio.

Soluitur.

Tertio obijciat aliquis frustrā esse ab Aristotele de accretione & alteratione disputatum, etiam si ortus causas atque interitus merito fuerit persequutus. verum quæstio facile soluitur: horum enim contemplatio magnopere conducit ad præsentem disputationem: quoniam accretio, & alteratio sunt quædam generationes, ut suis locis docet Arist. quare ut de ortu at-

que interitu perfectè differeret, accretionem & commutationem, quæ alteratio vocatur, explicare debuit: cum autem aliqua ratione coniuncta hæc ipsa cum ortu sint, ut Arist. etiam docet initio huius cap. necessarium fuit ut de eisdem disputaret: ut quo nomine cum ortu conueniant, & quo discrepent, apertius constare nobis possit, neque similitudine decipiamur.

Quæstio. 2.

De subiecto horum librorum, atque ordine.



STATIM nobis dicendum est, atque id succinctè, & sub quadā breuitate, quod sit horum librorum subiectum, quæ materia in qua ventur. vulgò ita putatur, horum librorum subiectum esse ens mobile ad formā (sic enim nostro rure loquuntur) atque illa est constantissima sophistarum sententia: quam sententiam sequuti fuisse videmur inno lib. de physica auscult, cum de subiecto ageremus. verum iudicio meo ea opinio probari non potest: quod illo maxime argumento conuincitur. Subiectū discipline alicuius illud est, de quo per se monstrantur affectiones in ipsa disciplina, ens autem mobile ad formam, non est id genus, ergo neque est subiectum horum librorum. Dicitur legitimum est, & maior apperta opinione Arist. lib. i. de posteriori analysi: minor probatur, quoniam duobus his libris nusquam Arist. demonstrat quippiam conuenire corpori, quod ad formam naturā moueri potest. aut qui contra putant, indicent mihi locum in quo id præstet Arist. facile quidem sententiam mutabo. Etenim quæ in his libris ab Arist. affectiones explicantur, proculdubio corpori naturali conueniunt: at non id monstratur in his libris, quinimò nuda ipse explicatur in eisdem affectiones. Unde fit, ut non possit corpus mobile ad formam censeri subiectum istorum librorum: quemadmodum dictum est à nobis initio commentariorū in libros de physica auscult. non rectè colligi eorum librorum subiectū esse corpus naturale, quia principia & causæ quæ illis libris explicantur, ad corpus naturale pertinent, atque referuntur.

Subiectū nō est ens mobile ad formam.

Ratione p̄ iudicatur.

Præcipuum verò subiectum horum librorum opinione mea, atque etiam philopponi, ortus est atque interitus. Hoc primū con-

Præcipuum subiectum horū librorū est ortus atque interitus.

Ex scopo. stat ex scopo quē diximus: etenim si scopus est, docere causas & rationes ortus & interitus rerum, ipse rerum ortus, atque interitus subiectū erit, & materia de qua disputatur, & ad quam proximē referuntur quæ in præsentia explicantur. **Ex titulo.** Ex titulo rursum hæc sententia cōvincitur, qui, ut à me sepe dictū est, cōpēdio cōtinet summā rei de qua disputat: intertribunt autē libri de ortu atq; interitu.

prima Obicatio. Soluitur. Obijciat aliquis, horum librorū genus, aut subiectum non esse ortum simul atque interitum: quādoquidem vnus disciplinæ vnū oportet esse genus, non plura. Verū quæstio hæc facile soluitur: primum, si dicamus verā esse sententiā, cū de integra aliqua disciplina, aut arte disputatur, nō cum de parte. Nam quemadmodum integra aliqua disciplina ab altera differt integro aliquo subiecto, ita quoque vna aut plures ceteræ, quod in vna aut pluribus versetur res: ut in libris de prima philosophia Arist. nos docet. Verū parte aliqua disciplinæ nihil verat explanari res plures: nā in Porphyrij illogice quæ que explicantur voces: & in libris de physica auscult. plura principia, atq; causæ. Deinde dicendum est, nihil prohibere quominus in eadem disciplina de rebus pluribus differatur, modò omnes illæ res vna, atque eadē accipiantur ratione. Vnde quinq; voces illā induunt rationem, ut vniuersales dicantur: principia & causæ omnes illo conueniunt nomine, quod ex eis res natura cōstantes efficiuntur, præsertim cum vnū ad alterum referatur, quod sit in præsentia. nam interitus ad ortu pertinet: nihil enim natura corrumpit, ut corrumpat, sed ut gignat aliud. Atque ideo nihil prohibet dicere, subiectū horum librorum ortum esse, atque interitū. Præsertim cum ortus atque interitus opposita sint: & oppositorum eadem sit disciplina. Deinde obijciat aliquis: si ortus atque interitus sunt genus horum librorum, quorsum Arist. accretionem, & commutationem explanat? Dicendum est, ortū & interitū esse præcipuum genus, atque subiectum: cetera verò accessoria esse, & gratia ortus, atque interitus ab Arist. explicari. Vulgus sophistarū diceret, ortum atque interitum esse subiectū præcipuum, non tamen adæquatū: quoniam præter ortum & interitum multa in eisdem libris explicantur ab Arist.

Interitus ad ortum refertur. Interitus ad ortum refertur. nam interitus ad ortu pertinet: nihil enim natura corrumpit, ut corrumpat, sed ut gignat aliud. Atque ideo nihil prohibet dicere, subiectū horum librorum ortum esse, atque interitū. Præsertim cum ortus atque interitus opposita sint: & oppositorum eadem sit disciplina. Deinde obijciat aliquis: si ortus atque interitus sunt genus horum librorum, quorsum Arist. accretionem, & commutationem explanat? Dicendum est, ortū & interitū esse præcipuum genus, atque subiectum: cetera verò accessoria esse, & gratia ortus, atque interitus ab Arist. explicari. Vulgus sophistarū diceret, ortum atque interitum esse subiectū præcipuum, non tamen adæquatū: quoniam præter ortum & interitum multa in eisdem libris explicantur ab Arist.

secūda Obicatio. Soluitur. Obijciat aliquis, si ortus atque interitus sunt genus horum librorum, quorsum Arist. accretionem, & commutationem explanat? Dicendum est, ortū & interitū esse præcipuum genus, atque subiectum: cetera verò accessoria esse, & gratia ortus, atque interitus ab Arist. explicari. Vulgus sophistarū diceret, ortum atque interitum esse subiectū præcipuum, non tamen adæquatū: quoniam præter ortum & interitum multa in eisdem libris explicantur ab Arist.

Quo loco sint reponendi lib. de ortu. Hinc colligi potest, quo loco sint collocādi libri de ortu atq; interitu: reponēdi siquidē sunt proximē post libros de cælo, & antē libros meteorologicorū. Nā cū instituerit Ari

stot. agere de corpore naturali, atq; id sit duplex, vnū æternum, alterū obnoxium ortui, atque interitui, & de eterno sit disputatū in libris de cælo, statim de generabilib⁹ debuit disputare: sed quoniam istorū natura constare nequit ignorato ortu, ortus proximē explicandus est: post æternū corpus. Eam tamē rem accuratiori sermone aperuimus initio cōmentariorum in libros de cælo: ut superuacaneum sit, eandem rem iterum inculcare. Diuiduntur hi libri hac ratione: in prior libro accurate differit. Arist. de simplici ortu atque interitu: demonstratq; quid ortus sit, quid interitus: præterea quid accretio, & commutatio sit, & quo nomine ab ortu differat. Quoniam verò corpora simplicia, quæ elementa corporum appellantur, principia, atque causa sunt omnium quæ oriuntur, atque intereunt, statim differere de mutua elementorum trāsmutatione: ut generatio, atque interitus minori negotio percipi possint. Sed quoniam ad trāsmutationem efficiendā mixtione opus est, ad mixtionē verò actione & passione, ad hæc contactu: differit Arist. de contactu, actione atq; mixtione. Hinc cōcedit ad differētiās elementorū inue stigandas, principes videlicet qualitates, quibus mutuò inter se agētibus trāsmutatio fit: qui sanè modus trāsmutationis efficiendæ non omnino agnosci ab antiquis potuit. Ex quibus omnibus demonstrat quatuor tantū esse elementa: quod citra demonstrationem acceperat, cū de cælo disputaret.

Diuisio istorum librorum.

Obseruatio.

Quamquā multi nostris temporibus aptè fortasse verterunt libros Arist. de ortu, atque interitu, quos in præsentia charraturū sumus, malimus versione illā vti, quam Genesius Sepulveda fecit, quam vlla alia, quod ea nobis præ ceteris probaretur. Nā neque paraphrasitè agit, neque sermoni latino plus equo indulget, neque voces receptas ab schola mutat, in quibus sepe numero magna sententiæ vis sita est: sed rem exponit purè latine accommodatèque. Hoc præterea debemus hispani hispano homini, atq; doctissimo viro

Quā versionem sequamur.

Argumentum cap. i. lib. i. de ortu & interitu.

Disputaturus Arist. de ortu atque interitu, initio quæstionē illā tractat, utrū ortus & cōmutatio idē sint, an potius differant.

COMMENTARIUS.

Et quoniam de ea questione variè senserūt veteres philosophi, more suo priusquā propriam sententiam referat, aliorum numerat opiniones, eademq; examinat. Hoc præstat duob⁹ capitibus: præsentem inquam, & proximo. Primum autem omnium, propositum suum, atque etiam scopum sibi præfixum in his libris, antè oculos ponit his verbis.

Caput primum.

Generationis, & interitus omnium pariter, quæ natura gignuntur, & occidūt, causæ differēde sunt, atque rationes. Accretio itē, & alteratio quid sit, disputandū est. Et utrū alterationis, & generationis natura eadē sit intelligenda, an diuersa, ut nominibus quoque discernuntur.

Propositū Arist.

Propositū igitur Arist. (quod est à me dictum vberius prima questione) illud est: explicare causas quatuor, & præterea modū quo efficiuntur constatque, non omnes quidem res, sed illæ dūtatur quæ & natura fiunt, & oriūtur atque occidunt. Causas autem exponit vniuersè, hoc est generaliter, non ut accommodantur animalibus, aut plantis, aut vllis alijs rebus: sed omnibus quæ generantur & corrumpuntur. Deinde accretionem & cōmurationem seu alterationem explanat: quoniam generationi videntur esse coniunctæ id genus mutationes, quam admodum explicare instituit in his duobus libris.

Cur non exordium sumpsit a questione an sit.

Soluitur a philoppono.

Hoc loco rogabit, fortasse quispiā, quid caute sit cur Arist. acturus de ortu, ab ea questione initium sumpsit, quæ est de generationis & cæterarum mutationum discrimine. Illam verò questionem prætermiserit, an sit generatio, quæ principem locum tenere debet in disputatione, iudicio Arist. lib. 2. de post. Analyt. Huius rei illam rationem reddit philopponus, quoniam ea questio explicata est prius: nempe lib. 3. de cælo, quantum satis est ad alterā questionē explicandā, quæ ad assignandū inter huiusmodi motus discrimē pertinet: atq; interim dum. c. 3. accuratius tractatur eadem questio. & sanè sic est. nā in eo libro ostēsum est ortum esse: quare statim tractari debuit secūda questio, quid inquam generatio sit, quod facit phi-

losophus. Atque ut melius rem præstaret, (quemadmodum admonui) distinguit principio ortum à cæteris mutationibus quæ ad ortum accedere videtur. Obijciēt rursum aliquis, nō debuisse Arist. de elementis disputare in præsentia, quandoquidem eorum contemplationi duos posteriores libros de cælo dederat. Questio verò soluenda est distinctione adhibita: etenim elementum bifariam accipi potest: vno modo, secundum propriam naturam, atque substantiam, & ut pars est vniuersitatis: altero modo, qua ratione ad mxtionem refertur, & cōducit ad ortus efficiendos, quoniam ex eodem res cunctæ quæ oriuntur, atque intereunt constant: ergo in libris de cælo duobus differuit Arist. de elementis priori ratione: in libris verò de ortu atque interitu, eorum naturā persequit quatenus ad ortū rerum aliarū efficiendam, spectant. Cū enim in libris de cælo sumpsisset Arist. explicandam naturam æterni corporis, præterea orbis totius, atque partium eius præcipuarum, sitq; elementum altera vniuersitatis pars, quæ nunquam tota aboleri, atq; dissipari possit, merito de elementorum ingenio, atque natura differuit. Quare hoc nomine increpari Arist. non debuit. Sed iam ad reliqua cōtēdamus.

Obiectio.

Soluitur.

Elementū duobus modis capitur.

VETERES ergo partim generationem simplicem appellatam, alterationē esse tradunt, partim eas differre. Nā qui vniuersum vnum esse dicunt, & ex vno cuncta gignunt, ij alterationem generationem esse, fatēri cōvincuntur, & quod proprie fit, alterari. Qui vero plura quā vnum, materiam esse statuunt, ut Empedocles, & Anaxagoras & Leucippus, ij differre aiunt. Quamquā Anaxagoras propriam vocē ignorauit, qui gigni, & interire, hoc esse, quod alterari statuit: cum tamē elementa multa esse dicat, ut & alij. Nam Empedocles corporea quatuor, cuncta verò adiunctis motoribus, sex numero esse affirmat. Anaxagoras innumera. Item Leucippus & Democritus. Ille namque res similibus partium, elementa esse statuit: ut os, carnem, medullam

medullā, & ceterā quorū cuiusq; pars æquiuoca est. Democritus & Leucippus ex indiuiduis corporibus cætera constitui tradunt, & hæc infinita esse tum multitudine, tum etiā formis: & cōposita differre inter se ijs, ex quibus constant eorundē positione & ordine. Cæterū quæ tradit Anaxagoras, cum Empedoclis dictis pugnare videntur. Alter enim dicit ignem, aquam, aerem, terrā quatuor esse elemēta: eademq; carne, & ossē, & cæteris eius generis, quæ partibus constant similibus, simpliciora. Alter simplicia hæc esse ait, & elemēta: terrā verò, ignē, & aerem cōposita: siquidē horū seminarium vniuersale existere. Qui ergo cūcta ex vno cōstituant, ij asserant, necesse est: generationē, & interitū esse alterationē: vt qui fateri cogantur, subiectū semper idē, ac vnū persistere: quod quidē alterari nūcupatur. Qui verò plura genera faciunt, ij alterationē diuersam esse à generatione cōfiteātur oportet. Nā coeundo, & dissoluēdo, generatio accidit & interitus. Quamobrē Empedocles, ad hunc modū ait. Cuiusq; natura nihil est aliud, q̄ mistio, & mistorū dispositio. Itaque satis intelligitur, hunc sermonē positioni illorū esse cōsentaneū, & ipsorū talē esse doctrinā. Sed quāquā alterationi, & generationi aliquid interesse fateri conuincātur, hoc tamē ipsorū decretis cōstare nequit. Nec vero est factu difficile, p̄spicere verā esse hanc nostrā disputationē. Nā vt quiescēte substātia, mutationē tamē in ipsa fieri cernim⁹ quā aceretionē, & imminutionē appellam⁹, sicutē alterationē. Ceterū ad istorū doctrinā q̄ plus q̄ vnū principiū faciūt, nihil valeat alterari. Siquidē affectiones, per quas hoc cōtingere dicim⁹, discrimina sunt elemētorum. Verbi

causa calidū & frigidū, album & nigrū, siccū & humidū, molle & durū, & reliqua. vt Empedocles dicebat, solē albū videre licet, & calētē prorsus, imbrē autē caliginosū & frigidū. Et de reliquis ad eūdē modū statuit. Quare si neq; ex igne aqua, nec ex aqua terra fieri pōt, ne ex albo quidē nigrū, nec deniq; ex molli durū fiet. cui similis est ceterorū ratio. At istud erat alteratio. Aut certe statuēdū est vnā semp̄ materiā appositis adesse siue loco, siue incremēto & decremēto, seu deniq; alteratione mutētur. Iā hoc perinde necessariū est, atq; alte rationē existere. Nā si alte ratio est subiectū quoq; elemētū vnū est, & vna materia omniū, quæ in se vicissim transeūt. Rursus si subiectū est vnū, alteratio est. Empedocles igitur tū rerū vsui, tū et sibi pugnatia dicere videtur. q̄ simul elemētū alterū ex altero fieri negat, sed ex his alia cūcta gigni, simul vbi vniuersam naturā, excepta discordia in vnū coe git, rursus ex vno singula gigni affirmat. Quare ex vno aliquo aliud aqua fit, aliud ignis. cū videlicet quibusdā differētijs, & affectionib⁹ se iungatur, vt ipse dicit. Solē albū & calētē, terrā grauē & durā. His igitur discrimib⁹ sublatis, possūt, n. auferri, vt que cū genita sint, dubiū nō est, quin necessario ex aqua terra, ex terra aqua generetur, & alia vicissim ex alijs pari rōne. nō mō, tū c, sed nūc, et dū affectionib⁹ mutātur. Ei⁹ autē disciplina cōsentaneū est, has aduenire posse, & rursus secedere, p̄sertim pugnatib⁹, vt ipse ait, inter se discordia & amicitia. quæ causa fuit, vt ex vno cūcta gignerētur. haud. n. cum eēt et num ignis, & aqua, & terra, eēt vnum vniuersum. Nec illud satis liquet, vtrum ei principium vnum eēt statuēdū sit, an plura, vt ignē, & ter-

COMMENTARIUS.

ra, & quæ sunt eiusdem ordinis. Quæ n. velut materia subiicitur id, ex quo p. motum transferendo terra fit, & ignis, vnum est elementum. Quæ vero hoc ex compositione fit, illis coeuntibus, ipsa vero ex dissolutione illa magis sunt elementaria, & priora natura.

Numerat sententias veterum de principijs.

Methodus colligendi principia.

Diferentia sententiarum Anaxagoræ atque Empedoclis.

Numerat Arist. sententias antiquorum de principijs rerum natura constantium, vt doceat quisnam eorum alterationem ab ortu distinxerit, aut vtramque confuderit mutationem. Neque enim quod cupiebat, alio modo potuit efficere apte, conuenienterque: quæquæ illas eadem lib. 1. de phys. auscult. recenſuerit. Hæc hac methodo colligendæ sunt. Eorum, qui de principijs rerum quæ secundum naturam generantur, tractauerunt, alij dixerunt, vnum duntaxat principium esse omnium rerum, Parmenides inquam & Melissus. alij vero dixerunt plura esse principia. Horum alij, finita principia statuerunt: alij infinita. Empedocles finita fecit principia, quatuor inquam elementa, & litem atque amicitiam. Anaxagoras Democritus & Leucippus existimauerunt infinita esse principia: Anaxagoras quidem, infinitas partes similes carnis inquam, nerui, olis, & cæterorum: Democritus & Leucippus, infinitas atomos, id est infecabilia corpora, diuersa inter se situ, ordine, atque figura: quemadmodum lib. 1. de anima Arist. docet. Inter sententiam Anaxagoræ, atque Empedoclis illud interest, quod Anaxagoras existimat partes similes priores esse cæterarum rerum, etiam ipsorum quatuor elementorum, elementa & principia: Empedocles vero putat ipsa elementa priora esse quæ partes similes: siquidem illas format, atque tingit ex elementis, elementa vero non facit ex partibus similibus. His sententijs de numero elementorum vt cunq; numeratis, Arist. docet qui nam ex veteribus alterationem ab ortu discreuerint, & qui vtraque permiscuerint, atque confuderint. Nam alij (vt idem est author) existimauerunt generationem illam, quæ simplex vocatur, quia est substantiæ generatio (vt cap. 3. huius libri Arist. docet) conuenire cum alteratione: alij vero asseruerunt idem esse omnino vtramque mutationem.

Illi ergo qui rerum omnium vnum tantum principium posuerunt, necessario coguntur consistere generationem à commutatione seu alteratione non esse diuersam: sed eandem potius esse. Ratio est, quia opinione Arist. lib. 5. de physica auscult. generatio est mutatio ab eo

quod non est, in id quod est: aut quæ sit manente subiecto: alteratio vero, mutatio est, ab eo quod est, in id quod est: aut quæ sit seruato eodem subiecto. Illi vero qui concedebant vnum tantum principium, aiebant æternum esse, & semper esse actu: ergo nunquam est non ens, atque ex consequenti neque fit vnquam ortus: sed omnis transmutatio secundum qualitates continget, & alteratio erit. Quare non possunt isti auctores concedere simplicem generationem: sed eorum iudicio alteratio & generatio idem sunt.

Qui vero plura principia statuerunt, distinxerunt generationem ab alteratione, tametsi generatio quæ inducunt ij philosophi non sit vera generatio, sed potius debeat segregatio nominari. Empedocles enim litem & amicitiam statuit, quorum munus atque officium est segregare ipsa elementa inuicem. Anaxagoras vero posuit intellectum, segregantem omnia quæ antea latebant in miscella, & rudi atque indigesta mole. Democritus præterea & Leucippus, qui infinita principia confessi sunt, non proprie agnouerunt generationem, sed potius fortuitam quadam rerum constitutionem: cum atomos suas, veluti casu quodam inuicem coniungi, & res naturales efficere, asseruerint. Verum est igitur, non agnouisse antiquos istos philosophos veram omnino generationem: sed potius congregationem quandam, ortum appellasse. Necessario autem consistere debent, diuersam esse generationem à generatione: quoniam multa statuunt, quorum vnum ex altero effici natum est: & præterea secundum qualitates putant fieri transmutationem. Verum inter cæteros Anaxagoras magnopere increpandus est, quia cum diuersam esse dicat generationem ab alteratione, propria vocem generationis ignorat: generationem siquidem nomine alterationis vocat: est enim apud eundem, generatio partium similiarum congregatio, at qui eandem ille vocat alterationem: & alterari ait, quod generatur.

Admonet tamen Arist. quod licet ex istorum philosophorum sententia necessario colligatur, generationem diuersam mutationem esse ab alteratione: ex verbis eorumdem elicitur, quod ortus & commutatio omnino non differant. Nam cum alteratio sit transmutatio quædam secundum qualitatem, & qualitates hi philosophi faciant formas elementorum (aiunt enim solè calidum, & calidum esse naturam, aquam vero & frigidam & atram) dubium non est quin transmutari elementa non possint secundum qualitates, nisi substantia etiam eorumdem transmutetur.

Quare

Quare ex eo: um verbis, eadē est generatio, atque alteratio. Errant tamen (inquit Arist.) quia licet vna communis materia sit quæ subijcitur omni trāsmutationi, & quæ diuersa sit ab ipsis elementis, illa quidē in omni trāsmutatione manere eadē debet, quam interdum permutātur solum secundum qualitatem: atque ea trāsmutatio, alteratio dicitur: interdum verò secundum substantiam, & est generatio, aut corruptio.

Postremò Empedoclem reprehendit tribus nominibus: primum quidem quia contraria asserit ijs quæ apparent: ait. n. q̄ elementa non possunt ex se inuicem generari, contrarium tamen apertè cernimus. Deinde secum ipse pugnat: ille. n. ait, q̄ ex illo vno quod sit per congregationē elementorum, elementa per discordiam secernuntur: hoc verò fieri nullo pacto potest, nisi vnum elementum ex altero geueretur: cum omnia sint adinuicem permixta. Tertio reprehendit Empedoclem, quòd nō sit manifestum, vtrum illud vnum quod ex elementis cōgregatis efficitur, principium sit elementorum, an elementa ipsa principia sint illius vnus, hoc est eius chaos quod statuebat Empedocles: ad vtranq; n. partē rationes sunt.

Hæc sunt quæ Arist. presenti cap. scribit, quæ nos hac ratione explicare voluimus, ne lectorem ad alia properantem in falsis philosophorum opinionibus numerandis, & refellendis plus iustò moraremur.

Quo loco Genesius legit, quorum cuiusque pars æquiuoca est, lege vniuoca, hoc est nomine & ratione conueniens cum toto, & cum reliquis partibus.

Cum Arist. inquit, cuiusque natura nihil est aliud quam mistio, & mistorum dispositio, præterea, solem album videre licet & calentem &c. Versus quosdam citat sumptos ex carminibus Empedoclis, quibus de mundi fabrica differuit in libro qui Cosmopeia inscriptus est ab eodem, tametsi modo nusquam extet, sed duntaxat fragmenta quædam eius libri habeamus veterum philosophorum scriptis inserta.

Argumentum. Cap. 2.

DE re eadem pergit Arist. referre, & confutare aliorum philosophorum sententias: vt ea ratione persuadeat hominibus necessarium omnino esse, vt reiectis vetustis opinionibus, ipse nobis exponat quid sit ortus simplex, & interitus: quid accretio & decretio sit: similiter etiam quid sit alteratio, &

quo modo inter se distinguantur id genus trāsmutationes.

Caput. 2.

Ortus igitur & interitus simplex dicendum est in vniuersum, sint nec ne, & quomodo sint. Idē de cæteris simplicibus motibus, vt de actione, & alteratione differendum est.

His verbis summam comprehendit eorum quæ dicturus est. Exordium autem sumit à sententia Platonis cum ait.

Itaque Plato de rerū ortu solū, & interitu quomodo reb⁹ ad sint differunt. nec vero de omnibus, sed de elementorū tantū generatione. At quomodo carnes, ossa, & cætera id genus gignantur reticuit. Iā alteratio & accretio quomodo rebus contingant, nihil docuit. Et vt semel dicā, excepto Democrito, qui nihil videtur neglexisse, nemo quidquā præter summa rerū perstrinxit. In reddēdo autē modo discrimē est. Nā de accretione, mea quidem sententia, nihil fere quisquā statuit egregie, vel quod nō esset cuius in pròptu dicere. Aiunt n. aliquo accedēte res augeri simili. Sed quomodo id fiat, nihil dicūt. Itē de mistione, & cæteris nihil fere disputarūt, nō magis, quā de efficiēdo & patiēdo, quomodo faciat hoc, illud patiatur, in operibus naturalibus.

PLATO inquit Arist. prætermisit cæteros motus, accretionem videlicet, imminutionē, atque alterationem, solum autem de generatione differuit in timæo, neque de omni ortu differuit eo loco, sed solum de ortu elementorum, illa. n. ait gigni ex superficiebus triangularibus: verum qua ratione ossa, carnes, & similia gignantur nō docet. Sed quid opus est (inquit Arist.) persequi sigillatim illorum philosophorum sententias, qui operam id genus motus explicuerunt? Certè ex omni antiquitate solus Democritus extitit, cui omnia hæc motuum genera curæ fuerint: quamquam quo pacto hæc fiant, nō satis exposuit. Cæteri philosophi rem ipsam superficie tenus, id est leuiter & p̄functoriè tantū,

COMMENTARIUS.

tractauerunt: atque ea solum dixerunt, quae non modo philosophus, sed quivis etiam de plebe possit dicere. Rem exemplo probat: dixerunt. n. res augeri accessione rei similis: verum quo pacto, tacuerunt. Insuper concesserunt actionem esse atque passionem: ceterum quo pacto unum agat, alterum patiat, aut quamobrem, silentio praetermiserunt.

Democritus autem & Leucippus, qui figuras faciunt, alterationem, & generationem efficiunt ex his. quippe discretione & concretione ortum, & interitum, ordine & positione alterationem. Idem in eo, quod res apparet, verum consistere rati, cum & pugnantia, & infinita apparent, infinitas figuras confixerunt. Itaque idem contrarium diversis videri, ob compositi mutationes, & parvi temperata mutari, ac demum diversum uno mutato videri. Nec id mirum esse debere, cum ex iisdem literis Tragedia fiat, & Comedia. **A**T quoniam cunctis fere generatio ab alteratione differre, resque concretione gigni discretione aboleri, vicissitudine autem affectionum alterari videntur, de his rebus differere sapientiae studiosi partes sunt. Haec enim quaestio latissimè patet. Nam si concretio generatio sit, multa, quae fieri nequeunt, eveniant. Contra vero diversae rationes videntur, nec quas dissolvere facile queas. quasi fieri nequeat, nisi generatio concretio sit, quin generatio aut funditur tollatur, aut hoc sit quod alteratio, vel si & hoc, difficile quidem est solvere, experiendum est tamen. **A**C primum omnium differendum, utrum res sic gignantur, alterentur, & augentur, & his opposita patiuntur, ut prima principia sint individuae magnitudines? an nulla est individua magnitudo. refert enim quod maximi. Iterum si magnitudines individuae habentur, corpora ne sint, ut Democritus, & Leucippus opinantur an plana. ut in Timaeo scriptum est. Hoc igitur, ut

docuimus alio in loco, procul est a ratione dissolvere usque ad plana. A deo, ut corpora individua probabiliter asseratur. quaque ne hoc quidem est verisimile. Ceterum his, ut supra dixi, alteratio, & generatio constare potest. si quis idem conversione, & diverso tactu mutaverit. Item figurarum discriminibus quod Democritus facit. Itaque colorum esse negat, quippe conversione corpora dicit colorari. Ad plana se ceteris, non item planis. n. compositis in latitudinem, nihil efficitur praeter solida. haud enim ex ipsis valeant affectionem generare. Sed quo minus possent confessi, & consentanea prospicere, paucarum rerum usus fuit in causa. Nam quod plures operum, & studij in doctrinam naturalem contulere, id magis queunt ea principia ponere, quae valeant magna ex parte colligere. Isti vero ex multis rationibus, rerum inexperti, dum pauca respiciunt facilius pronunciant.

Democriti & Leucippi sententiam narrat de ortu & ceteris transmutationibus, ut constare possit verum esse quod dixerat, neminem antiquis temporibus existisse, qui ut patet est haec genera transmutationum fuerit perfectus. Componebat cuncta Democritus ex atomis, quas aiebat alio atque alio ordine collocari posse. Ergo congregatis his corpusculis, ortum fieri censebat: disgregatis vero, interitum: mutato ordine, & positione, alterationem. Ipsas vero res infinitis constare figuris existimabat, quoniam infinitas, asserbat atomos, quae disponi infinitis modis poterant. Res ista illo maxime argumento vera esse probabat Democritus, quod ita nobis appareret: cernere enim videmur infinitas figuras: res vero horum iudicio, talis unaqueque est, qualis videatur unicuique, ordine solum mutato positio neque. Admonet tamen Ari. quod sententiam Democriti de ortu & interitu rerum, per congregationem & disgregationem, multa absurda atque etiam impossibilia consequuntur: tamen si illa ipsa sententia rationes pro se quasdam habeat, quae non facile solvi possint: quas emendandum est nobis (inquit) solvere, ne si easdem integras manere sinamus, quae praecipue Democritus trahat in suam sententiam. Et est sane perquam necessarium (ut se

liber 2. in 2. in 2. in 2.

Cur debeamus solvere rationes adversario rum.

pe nu-

pe numero Arist. nos docet) solvere aduersa-
riorum rationes, quoniam illarū solutio no-
stra sententiæ præstātissima cōfirmatio est.

Ergo vt excutiat Arist. Democriti opinio-
nē, istud accipitur in primis disputandum esse,
& constituendum, vtrū in ea quæ generatur,
crescunt, cōmutanturq; , fiant ex aliquibus
magnitudinibus indiuiduis, an potius nulla
possit existere indiuidua magnitudo: hoc. n.
plurimum conducit ad quæstionē ppositā.
Etenim si concedamus, indiuiduam aliquā
esse magnitudinē, omnia necessariō congre-
gatione gignentur: si verō nulla similis mag-
nitude reperiat, nō poterit Democriti ve-
ra esse sententiā: sed si concedamus aliquam
indiuiduā magnitudinē, quæstio statim exi-
sit: vtrū ea magnitudo corpus sit, an superfi-
cies. Democritus. n. & Plato illo nomine cō-
ueniunt inter se, quod vterq; statuit magnitu-
dinē indiuiduā, vnde res gignantur: vtrū Pla-
to existimat, illā magnitudinem esse superfi-
ciē: Democritus verō, corpus infestile, ato-
mū ille vocat: & quidem cū vterq; , & Plato
& Democritus magnitudinē statuāt indiui-
duā, absurdū sententiā pulerunt: magis ta-
mē absurdā censet Arist. Platonis opinionē,
quā Democriti. Primū quidē quoniā si diui-
debat corpora in superficies, debuit etiā ip-
sas superficies in lineas secare: & rursus li-
neas in pūctae adē. n. ratio atq; pportio est
lineæ ad superficiē, & superficiē ad corpus.
Platonis verō opinionem, inquit, cōfutatā
esse alio loco, libro in quā. 3. de cæl. o. Hoc ta-
mē nomine non rectē Platonē reprehendit
Arist. nā cū corpus natura sua trifariā diui-
duū sit, superficies verō duobus tantū mo-
dis: magis peccat q; corpus inquit diuidi nō
posse, quā qui planū, aut superficiē: sed Ari-
st. nihil nō facit, vt quē maxime laudare debuit,
vituperet: tamen nō sine aliqua ratione id
faciat, quā attigimus lib. 1. de phys. auscult.
Deinde magis absurda est, inquit, Platonis
quā Democriti opinio: quia Democritus dū
atomos statuit, non solū ortus, & interitus,
sed etiā accretionis, & alterationis efficiēdæ
rationem docet: mutato. n. ordine atomorū,
positione atq; figura alterationem effici cen-
sebat: Plato verō nullā rationē inuenit qua
alteratio efficeretur. Nam planis inter se
compositis, nihil profus alteratur: sed solū
corpus efficitur eisdem coniunctis, neque
enim vlla qualitas effici potest ex planis.

Ratio vero cur Timeus, Plato, atq; Platoni-
ci, de his reb; insufficienter disputauerint, in-
quit Ari. est, rerū in experientia naturalū: ra-

tionem liquidē potissimū sequuntur, & re-
bus naturæ exiguā, aut nullā potius impen-
dūt curā: mathematicis verō disciplinis plus
iusto operā dederūt: sentumq; deseruerūt. De-
mocritus vero quoniā vehemē. ius, atq; diu-
tiā in harū rerū studiū incubuit, melius quā
Plato de his reb; pñuciare potuit sententiā.

Quibus facile intelligas, quantum
interit Physice, & Logice disputan-
tibus. Hi enim de indiuiduis magni-
tudinibus differentes fore aiunt, vt
separatus triangulus plura sit..

Idē facit his verbis eius quod dixerat pau-
lo superius, Platonicos inquam parū ver-
satos esse in studio naturæ, & plurimū credi
dilectionibus, quas domi excogitauerant
nulla profus habita sensuum ratione, qui
plurimum emolumentum adferre solent ad na-
turæ philosophiā: simulque causam paucis
attingit, quæ Platonici persuasi existimaue-
runt ex planis fieri omnia triangularibus.
Etenim res confici debent ex primis, cum au-
tem trianguli Platonis opinione primæ fi-
gurae sint, debent omnia necessariō ex trian-
gulis generari, qui magnitudines sunt, at-
que illæ sanē indiuiduæ. Hanc sententiā
hac ratione veram esse colligebat Plato iu-
dicio Arist. Si omnis magnitudo diuidi pos-
test, ipsum triangulū, id est ideā trianguli di-
uideretur, atque ita hēt vt aliqua sint priorā
ipso triangulo, in quæ diuidatur triangulū:
sed nullo modo fieri potest, vt aliquid prius
sit quā ideā, ergo ipsum triangulum non
est diuiduum, atque ita aliqua est indiuidua
magnitudo. Hanc rationem quasi nihil con-
tudentem relinquit Arist. quæ putat psu-
sum fuisse Platonem, atque deceptum: cum
non potuerit discernere, quæ rationes sint
efficaces, & pprie, quæ nō. Philopponus in-
quit, nullibi extare hanc rationē apud Plato-
nem. Quod si triangulū facit Plato indiui-
duum, fortasse ea ratione id facit, quia trian-
gulū est prima omnium figurarum rectilin-
nearum, quæ in nullam resoluitur aliam, cū
ceteræ in ipsam resoluantur.

Democritus autē & proprias, & ex
natura ductas rationes secutus esse
videri potest, vt in pcessu declarabi-
tur. Haud. n. cōtrouersia vacat, si qs
statuat esse corpus aliquod omni ex
parte diuiduum, & hoc fieri possit.
Nā quid erit, quod dissectionē effu-

A 1 giat?

Magis ab-
surda Pla-
tonis, quā
Democri-
ti sententiā.

Plato excu-
satur.

Cur Plato
putarit ex
triangulis
fieri omnia.

Ratio Pla-
tonis

Philopponus
excusat plato-
nem.

COMMENTARIUS.

giat? Quoniã si corpus est omni ex parte diuiduũ, & hoc fieri potest, si fuerit omnino diuisum, nõ facta simul diuisione, quin vel simul facta, nihil tamẽ erit impossibile. Ergo & p̄ mediũ similiter. Ad summã si omni ex parte natura diuiduum est, etiã si fuerit diuisum, tamẽ nihil factum fuerit impossibile. nã & si in decies millies decies millena fuerint diuisa, nihil erit impossibile. quãquã fortassis nemo valeat diuidere. Ergo quoniam corpus omni ex parte tale est, dissectetur, quã tandẽ magnitudo supererit? Nempe nulla reliqua esse potest. tunc. n. aliquid esset indissectum, at erat omni ex parte diuiduũ. Quod si nullũ corpus est futurum, nec vlla magnitudo, & est futura diuisio, aut cõstabunt corpora ex punctis, expertiaq; erũt magnitudinis, ea ex quib⁹ cõstituũtur, aut nihil omnino. Quare siue fiat ex nihilo, siue sit cõpositũ, omne nihil erit nisi ap̄parẽs. Pari ratione si ex pũctis cõponeretur, non esset quantũ. Nã cũ in vna magnitudine tãgerent, & essent vna magnitudo, ac omnia essent, tamẽ nihilo maius totũ efficerẽt. si. n. dissectũ fuerit in duo, vel in plura, totũ nihilo min⁹, aut mai⁹ erit, q̄ pri⁹. Quare & si oĩa puncta cõponãtur, nullã tamẽ efficiant magnitudinẽ.

Qua ratio
ne Demo-
critus ex a-
tomis Pu-
tari effici
omnia.

Syllogis-
mus.

Democritũ supra Platonẽ extollit: & rationem adducit, qua credit corpora esse indiuidua: ea ducit aduersariũ ad impossibile: quã, cũ plurimis verbis ab Arist. cõfecta sit, à nobis in cõpẽdiũ redigi debet: illa sic habet. Si omnis magnitudo possit diuidi, sequitur magnitudinẽ ex punctis constare, aut ex nihilo, vtrũq; autẽ est impossibile, ergo est aliqua magnitudo suapte natura indiuisibilis. Discursus legitimus est (vt planẽ cõstat) assumptũ probat Democrit⁹: quoniã cum ois magnitudo continuũ sit, & continuũ quoduis infinite, atque omni ex parte secari possit, omnis magnitudo est omni ex parte diuidua. Si autem fieri possit vt

magnitudo omni ex parte possit diuidi, concedamus iam esse diuisam, quandoq; eadem si ponam⁹ iam esse, quod esse potest, ni hil cõsequit̄ absurdum: at vero impossibile est, magnitudinem aliquam esse vndiquaque diuisam: ergo impossibile est esse vndiquaque diuisibilem, atque ex consequenti aliqua est magnitudo quẽ naturã suã diuidi nõ possit quod monstrare volebat Democritus. Verũ q̄ fieri nõ possit vt aliqua magnitudo sit diuisa omni ex parte, hinc constat: quia si omni ex parte facta sit diuisio, aut facta diuisione nihil superest, aut pũcta solũ supersunt: Etenim si aliquid præter puncta superesset, non erat magnitudo vndiquaque diuisa: at acceperamus magnitudinem omni ex parte esse diuisam: quare cũ nihil, aut puncta tantum supersint, consequitur magnitudinem ex punctis esse cõpositam, vel ex nihilo. Nam cum vnumquodque ex his cõpositum sit in quã soluitur, si in nihilum redigatur magnitudo, ex nihilo effecta erit: quare vniuersa nihil erunt omnino, sed duntaxat esse videbuntur. Si vero quispiam dicat, magnitudinem ex punctis constare, argumentatur Democritus: deducens eum ad hoc impossibile, q̄ magnitudo neque sit quantum quoddam, neque extensum: quia puncta ipsa etiam si mille millies addantur, nõ faciũt quidpiam maius, quod patet ex diuisione lineã in decem partes: in quibus partibus plura puncta existunt actione, quam in ipsa lineã: & tamen iunctã partes non faciunt lineã maiorem quam esset, antea quam diuideretur: siquidem puncta, fines ac termini sunt rei diuisã. Et hæc tanẽ est prima Democriti ratio: alteram adfert Arist. his verbis.

Cæterum si inter diuidendũ aliqua velut scobs fiat corporis, & sic ex magnitudine corpus quoddã exeat, eadem sit ratio, quomodo illud diuiduũ est. sin aut quod abscefferit, corpus nõ est, sed species quãdã separabilis, aut affectio, estq; magnitudo pũcta, aut sic affecti cõtact⁹, res mira est, ex nõ magnitudinib⁹ cõstare magnitudinẽ. At vero pũcta vbi erũt siue immobilia sũt, siue mouent̄? Cõtactus aut semp vnus est aliquorũ duorum. ceu aliquid existat præter cõtactũ, diuisionẽ, & punctum.

Quod-

Quodcunq; igitur, aut quaecunq; corpus omnino diuisum esse posueris, omnia hæc eueniunt. Præterea si lignum aut aliquid aliud, postquam diuiseris, rursus cõposueris, iterum par euadet atq; vnũ. Ergo p̄inde se se res habeat, vel si p̄ omnẽ notã lignum seaueris. Cum ergo vndiq; diuisum sit potẽtia, quid diuisioni superest? Nũ affectio quædã? at quomodo in hæc dissoluitur, & fit ex his, vel quomodo hæc separantur? Quã ob rẽ si fieri nõ p̄õr, vt ex cõactib⁹, aut p̄ctis magnitudines consent, corpora indiuidua sint, & magnitudines, est necesse.

2. Ratio. **PR**obatur Democritus adhuc, magnitudinem esse aliquã indiuiduã: quia si corpora diuidantur, vt lignum aliquod ferrum, & partes se habeant velut ramenta cadentia, erunt illæ partes corpora insectilia: quare reperitur magnitudo aliqua indiuidua. Si quis autem dicat illa ramenta puncta esse, aut affectiones quasdam, qualitates vead idẽ absurdum deducetur, vt fateatur magnitudinem ex indiuisibilibus esse confectã, aut ex nõ magnitudinibus. Præterea, quem motum, aut locum punctis illis, aut affectibus is possit assignare? Nã cum neque ignis, neque aer sint, sursum moueri non poterunt: neque deorsum, quia neque aqua neq; terra sunt: illa autem immobilia esse nõ possunt, cum opinione Democriti ad ortum rerum efficiendũ pertineat: quare neque puncta esse possunt, neque affectus vlli. Deinde etiã quia non se possunt mutuo tangere puncta: nã quæ se tangunt, à puncto, tactu & diuisione oportet esse diuersa: quæ idem sunt, & quæ se tangunt, extrema sui parte se tangant necesse est: punctum verò nullã partem habet, ergo neque tangit. Hæc itaque absurda consequuntur, si omnis magnitudo quauis parte diuidi possit.

Quamquam qui hæc statuere, ijs nihilo secius accidit impossibile. De quibus rebus & alias est à nobis disputatum. HÆC tamẽ hoc in loco referre est operæ pretium. quo circa questio rursus est à principio repetẽ

da. Esse igitur omne sensibile corpus, per quancunq; notam, diuiduum, & indiuiduum non est absurdum. Est. n. diuiduum potentia, actu vero indiuiduum. vt sit autẽ simul omni ex parte diuiduum in potentia, fieri posse videri potest: si. n. potest, si fiat, non vt simul vtrũque sit, actu indiuiduum & diuisum, sed diuisum per omnem notã, nihil reliquum sit, & corpus in incorporeum abeat, & rursus fiat ex punctis aut ex nihilo. At hoc qui fieri potest? Cæterum diuidi corpus in magnitudines separabiles, ac semper minores, & in semotas, discretasque perspicuum est. Non ergo particula tim diuidenti cõminutio eẽt absque fine. nec valet simul per omnẽ notã diuisum esse, cum id fieri nequeat, sed quadam tenus. Necesse est ergo existant corpora indiuidua, quæ sub aspectum non cadant. Præsertim si cõcretionem futura est generatio, interitus discretione. Atque hæc quidẽ ratio est, quæ extorquere videtur confessionem corporum indiuiduorum. Sed quomodo Democritus circūueniat aperiamus, eiusque detegantur insidie, quia namque punctus punctui non est contiguus, idcirco magnitudines quodammodo sunt omnino diuiduæ, alias secus. Videtur autẽ, cum hoc statuitur, vbiq; & passim punctus existere. vt sit necesse in nihilũ diuidi magnitudinẽ, cum vbiq; punctus sit, ac proinde ex contactibus, vel punctibus constet. Hoc est, magnitudo est omnino diuidua, quia vnus punctus est vbiuis, & omnes vt singuli. quia vero plures vno non sunt, cum non sunt contigui, idcirco non est omnino diuidua. Nam si per medium sit diuidua, per continuum quoq; punctum diuidua sit, nõ enim signum signo, aut punctus punctui cõtinuus est.

COMMENTARIUS.

Recitauit haec opinio Democriti, & rationes attulit quibus adductus magnitudinem concessit indiuiduam: docet iam, hanc ipsam opinionem absurdam esse, atque illam rejicit, ratio nes soluens Democriti: quod pollicitus fuerat paulò superioribus: paucis tamè repetit, quæ à Democrito dicta fuerant, vt accuratius rē præstare possit. Aiebat Democritus, magnitudinem propterea esse indiuisibilem, quia si ponatur omni ex parte diuisibilis, sequitur quod poni poterit simul diuisa actione, omni ex parte: vnde colligitur diuisam esse in puncta, atque expunctis consistere. Respondet Arist. distinctione adhibita, ea est: duplex est intellectus huius propositionis: omnis magnitudo est diuidua omni ex parte: vnus est, magnitudinè admittere posse quamuis diuisionem: & quemadmodum vna parte diuiditur, sic quauis parte sine vilo discrimine posse diuidi: & hic sensus verus est: non tamen licet inde colligere, aliquando esse diuisam magnitudinè omni ex parte. Secundo sensus est, simul, atque eodem tempore posse diuidi omni ex parte: qui sensus falsus cum sit, tamen vlturpatus est à Democrito: quemadmodum solemus dicere, hominem aliquem esse omnium disciplinarum capacem: non quod omnes disciplinas possit simul discere, sed quia quamlibet potest ediscere, & non aliquam diffinitè. Hallucinat deinde Democritus dicens, quod quia magnitudo in omni puncto simul diuidi non potest, cum puncta inuicem non coherant, diuisio terminetur ad partes magnitudinis indiuisibiles: diuidi enim poterit in partes quæ rursum in alias diuidantur, atque id perpetuò: nihil enim prohibet infinitum aliquid esse ex diuisione, vt Arist. docet lib. 3. de physica auscult. Quare nullo modo concedendum est, lineam omni in puncto vel omni in parte esse diuisibilem, nisi velimus concedere ipsa puncta prius sibi inuicem cohasisse, quod est maximè absurdum. Quare falsa est Democriti sententia atque eius ratio nihil concludit.

HOC autem est diuisio & cõpositio, ac proinde cõcretio, & discretio, at non indiuidua, aut ex indiuiduis (multa enim sequeretur absurda) nec sic, vt omnino fiat diuisio, quod tunc efficeretur, si punctus esset puncto cõtiguus, sed in parua & minora, & cõcretio ex minoribus.

EX superioribus colligit Arist. quod licet congregatione & disgregatione res fierent, & corrumpentur, non tamen esset cõgregatio ex partibus indiuisibilibus, neque disgregatio in partes indiuisibiles: sed cõgregatio efficitur ex minoribus partibus, disgregatio verò fit in partes minores.

SED ne simplex quidè, & perfecta generatio concretione, & discretione definitur, vt quidam prodiderunt, qui & alterationem putauerunt esse mutationem in cõtinuo: quod quidè velut caput est, & fons omnium errorum. Existit, n. generatio simplex, & interitus non in congregatione, & se iunctione, sed cum hoc in illud mutat.

Secundò colligit, falsum esse quod aiebat Democritus, quod congregatio, generatio sit: disgregatio verò, corruptio. Ratio est, quia generatio est mutatio huius totius in hoc totum, similiter etiam corruptio: congregatio verò & disgregatio non sunt mutationes: possunt enim aliqua cõgregari absque vlla substantiæ mutatione.

ALI autem omnem huiusmodi mutationem alterationem esse arbitrantur. Cum tamen in hoc discrimen existat. Nam in subiecto hoc secundum rationem est, illud secundum materiam. Cum igitur in his fuerit mutatio, generatio erit, & interitus. cum vero in affectionibus, & ex accidenti, alteratio quamquam res pro vt concernuntur, aut è diuerso discernuntur, interitui opportuniores res fiunt. Si, n. aqua in guttas diducatur, celerius aer generetur: eadem si cogatur, lentius. Sed hæc post magis aperiemus. nunc illud satis sit statuisse, fieri non posse, vt generatio sit cõcretio. vtique qualis a quibusdam traditur.

His verbis reprehendit illos philosophos qui assererent nullam esse simplicem generationem sed omnem mutationem esse alterationem, vt in initio. c. i. explicatum est. Coniunguntur autem
ij phi

Soluit Arist. Democriti rationes,

Bisaria intelligitur: omne magnitudinè diuiduam esse omni ex parte,

Congregatio ad ortum pertinet. Disgregatio ad interitum.

ij philosophi, quia generatio mutatio est, quæ fit in substantia: alteratio vero est mutatio in accidenti, vel in aliquo eorū affectuū qui substantiæ insunt: quod in cap. 4. copiosius demonstrat Arist. Postremo colligit (atq; id facit in gratiā Democriti) quod licet congregatio generatio non sit, neque disgregatio corruptio: congregatio quidem ad ortū accedit, disgregatio ad interitum: nā congregatione res efficitur maior, res autem quod maior est, melius seruetur: siquidem virtus vnita fortior est se ipsa dispersa, quare congregatio ad ortum pertinet. Disgregatione verò res minor efficitur, atque ideo corrumpitur facilius: quare disgregatio ad interitū refertur. Hæc igitur sunt quæ Arist. scribit secundo cap. accedamus iam. ad tertium.

Argumentum. cap. 3.

Recensuit, & præterea confutauit Arist. opiniones veterum de ortū atque interitū, ceterisq;ue transmutationibus: nunc vero de eadem re disserere instituit ex propria sententia: sumit autem exordium ab ea quæstione cui princeps locus debetur iudicio Arist. utrū sit ortus aliquis simplex, qui substantiæ ortus nuncupatur: quam ut dissoluat quasdam alias quæstiones eidem copulat, atque cōnectit, ex quarum explicatione accipi debet propositæ dubitationis explanatio. Quæstiones autē illæ quatuor numero sunt, quemadmodū suis ego locis indicabo.

Cap. 3.

Quibus definitis sequitur inuestigare, nū simpliciter quidquā nascatur, deficiatq;? an nihil proprie? sed semper ex aliquo aliquid fiat? Verbi causa ex valente ægrotus, ex ægrotato valens, vel paruum ex magno & magnum ex paruo. & ad hunc modum cætera omnia.

Arist. more suo initio cap. proponit quæstionem quam est explicaturus: ea est, utrum sit aliquis ortus simpliciter, hoc est ortus substantiæ, an potius omnis ortus sit ex aliquo, vel secundum quid, ut passim appellat, is autem est ortus accidentiū. Etenim qui vult docere, quo pacto ortus atque interitus efficiantur, prius docere debet & constituere ortus ne sit an non. In explicanda vero quæstione proposita hūc seruat ordinem Aristot. primum omnium argumentis qui-

busdam tentat probare non esse ortum aliter quem simpliciter: soluens autem dubitationem incidit in alteram quæstionem de generatione: illam ut diluat, tertiam quæstionem adducit, cur (inquam) ortus nusquā deficiat, vnde secundæ quæstionis solutionem accipit: sed priusquam quæstionem tractemus, explicandæ sunt nobis voces aliquot quibus frequenter in hac disputatione utendum est, ut expeditius oratio procedat. Generatio substantiæ, simplex generatio dicitur ab Arist. aut generatio simpliciter: quoniam est ortus eius quod simpliciter dicitur esse. & quia omnino fit quod nascitur secundū substantiam, dicitur etiam ortus omnino. Ortus accidentiū non dicitur simpliciter ortus, sed quidam ortus, aut ortus secundū quid: præterea vocatur ab Arist. ortus per partes, aut quodāmodo. Idem quoque censendum est de interitu substantiæ & accidentiū.

NAM si generatio simplex futura est, fiet simpliciter ex nō ente, ut verū dictū sit, nō ens quibusdā adesse. Aliqua. n. generatio est ex nō ente aliquo. ut ex non albo, vel non pulchro. generatio vero simplex ex nō ente simpliciter. Smpliciter autē significat vel primū per singula entis prædicamenta, vel vniuersum, & id cuius ambitu omnia cōtinētur. Si primū generatio substantiæ erit ex non substantia. At cui substantia, & hoc abest, huic haud dubie ne cæterorū quidē prædicamentorū vllū adest, verbi causa, nec quale, nec quantū, nec vbi. Alioquin substantiarū affectiones secerni possent, sin autē non ens prorsus significat, erit omnium rerū vniuersum negatio, ut sit necesse, quod gignitur, id ex nihilo efficiatur. de quibus rebus quāquā est alio in loco a nobis disputatū, & multis rationibus diffinitū, nūc tamē illud fuit paucis perstringēdū, res quodāmodo ex nō ente simpliciter gigni, alias ex ente semper. Necesse est. n. quod potentia est ens, actu verò nō ens, id utroq; mō dictū præexistat.

Quam rationem feruet Arist. in explicanda quæstione proposita.

Generatio substantiæ quibus nō minibus appelleretur.

Utum aliquid ortatur simpliciter.

COMMENTARIUS.

Quod nō
fit vllus
simplex or-
tus, vllor-
gissus.

Rationē his verbis adducit ad proban-
dum nullū esse ortum simpliciter: ea-
sē collig. ē. Si aliquis esset ortus sim-
pliciter, fieret ex nō ente simpliciter,
atq; ita non ens inesset ei quod generatur:
quemadmodū si fiat aliquid ex ligno, lignū
in. si ei quod ex eo fit: hoc autem est absur-
dū, ergo nullus est ortus simpliciter. Discus-
sus est legitimus, & vtraque eius pars vera.
primum maiorem à simili veram esse confir-
mat Arist. quia quemadmodū ortus quidā,
aut secundum quid, fit ex non ente quodā,
aut ex non ente secundum quid, vt cum So-
crates non albus, fit albus, ita quod ortus
simpliciter fit ex nō ente simpliciter. Vt
autem minoris propositionis fidem faciat,
accipit duos intellectus non entis: primum
quidem non ens dicitur, quod non est sub-
stantia. Secūdo quod repugnat enti in vniuer-
sum, quale illud nō ens est, quod neque sub-
stantia est, neque quantitas, neque quid piā
aliud ex decē Categorijs. Constitutis igitur
duobus his significationibus non entis, pro-
bat minorem propositionem Arist. nullo in
quā pacto ortum simpliciter fieri ex non en-
te: quia neque ex non ente fit prima signifi-
catione, neque secunda. Principio non fit ex
non ente prima significatione, quia substan-
tia fieret ex nō substantia: quod maximē ab-
surdū videtur: & præterea si ex non substan-
tia fieret, ex nullo aliorum prædicamen-
torū efficeretur: cui enim substantia non in-
est, neque vllam aliorum prædicamentorū
inert, aut accidens erit sine subiecto, quod
pugnat cum natura accidentis, cuius esse est
in esse substantiæ. Deinde neq; fit ex nō ente
secundo intellectu: nā si quod oritur simpli-
citer, fieret ex non ente, quod neque substan-
tia sit, neque accidens: cū id non ens, nihil
sit, fieret aliquid ex nihilo: quo nihil potest
fingi absurdius in philosophia: sequitur er-
go nullū esse ortū simpliciter. Verūm Arist.
questionē absoluit, & rationē simul diluit:
inquit enim esse generationē simplicē, atq;
substantiæ & illam fieri ex ente potestate, nō
ex ente actu: fit enim ex materia quæ est po-
testate omnia quæ ex illa effici nata sunt:
actu vero solū est materia: cætera nāque est
actu non ens. v. g. homo nascitur ex semine
quod est potestate homo, & est nō ens actu:
quoniā actione homo nō est. Hanc autē so-
lutionē tradit Arist. c. 8. lib. i. de phys. ausc.
& est à me locus explanatus cōmentario in
illud caput. Sed vide salū esse, quod Arist.
inquit, simplicē generationē fieri ex ente po-

Nō ens bi-
fariam di-
citur.

Absoluit
Arist. quæ-
stionē, &
simul diluit
rationē in
contrariū.

Obiectio

tentia, nō autē ex ente actione, fit. n. ex ente
actione. Nā homo simpliciter nascitur ex em-
brione, at embryo actu existit p propria for-
mā: fit ergo ortus simplex ex ente actione.
Solutur dubitatio, si fateamur hominē fieri
ex embrione, qui sanē embryo est actu p for-
mam, at non fit ex forma embryonis, neq; ex
embrione vt formam habet sed ex materia
embryonis: siquidē forma embryonis abole-
t accedente hominis forma, & solū manet
embryonis materia, ex qua efficitur homo:
materia verò embryonis est potestate homo
& non homo actione. Etenim forma embrio-
nis. v. g. nihil conducit ad transmutationem
efficiendā, sed dūtaxat vtilis est, ad materiā
seruandā, quæ sine forma esse nō potest. Nā
si ad transmutationē efficiendā conduceret,
maneret in re quæ efficitur, at nō manet.

Solutur.

S E D quod his definitis mirabilem
præfert questionē, id rursus explica-
re oportet. Quomodo est simplex
generatio, cū sit ex ente potētia, siue
aliter vt cūque? Nā quærat aliquis,
nū sit generatio substantiæ, & huius,
& nō talis, aut tātū, aut vbi, & ad cū-
de modū de interitu ambigat. Quo-
niā si quid generat, nēpe aliqua sub-
stantia potētia erit, actu non erit, ex
qua substantia generatio futura sit, &
in quā quod interit, necessario tran-
seat. Vtrū ergo huic aderit aliorum
quidā actu? id est vtrū erit quātū? aut
quale, aut ibi id quod potētia tātū est
hoc, & ens, simpliciter aut neq; hoc,
neq; ens? Si. n. nihil, sed oīa potētia,
nō modo separabile accidit, id quod
adhūc modū est nō ens, sed etiā ex ni-
hilo præexistēte (quod antiqui philo-
sophi nimīū semp reformidarūt) ge-
neratio fit. Sin aut cū id ei nō suppe-
tat, vt sit hoc aliquid vel substantia, ad sit
tamē prædictorū quidā, possint, vt dixi-
m⁹, affectiones substantiarū separari

Ex superioris questionis solutione nascitur
secūda questio, quæ potest putari ratio cōtra
sententiā, quæ defendit, esse aliquē ortū simpli-
citer. Cū. n. definitur Arist. ortū simplicē effi-
ci ex ente potētia, & nō ex ente actu, occurrit
statim dubitatio, vt vnum istud ex quo fit sim-
plex

2 q. Qua-
le sit istud
nō ens, ex
quo fit or-
tus simpli-
citer.

plex ortus, nempe substantia potestate, actu fit quatum, quale, aut quodpiam aliorum accidentium: hoc est actu habeat in se accidentia, an omnino accidentibus destituatur? Si dicas actione inesse accidentia huic, ex quo fit simplex ortus, erit accidens sine subiecto: nam subiectum accidentis est substantia actu composita ex materia, atque actu substantia non est. Si vero dicas nullum accidens inesse huic substantiae potestate, cum id ex quo fit ortus neque substantia fit actu, neque aliquid ex accidentibus, nihil omnino erit: atque ex consequenti fiet aliquid ex nihilo, quod fieri non potest. Hæc est secunda quaestio, quam adducit Arist. Hanc quaestionem ut soluat, infert tertiam quaestionem: unde accipit superioris quaestionis solutionem: illam affert his verbis.

DE his ergo, quo ad licet disputandum est, reddendaque causa, cur semper sit generatio, tum simplex, tum particularis. ET cum sit vna causa, unde motus principium dicimus proficisci, altera materia, hæc posterior explicanda nobis est. Nam de prior iam differuimus, cum de motu ageremus. statuente quoddam principium esse omni tempore immobile, alterum semper moueri, quorum immobilis principij consideratio ad priorem philosophiam pertinet, de illo vero quod continenter mouendo cetera mouet, postea disputabimus quid huiusmodi sit causa eorum, quæ singularia dicuntur. NVNC causam tractemus, quæ quasi in materie specie posita est, per quam interitus & generatio natura nunquam deficiunt. & simul fortassis proposita modo quaestio, quid de interitu simplici, & generatione sit statuendum, explanabit. NEC vero illa parua quaestio est, quæ nam causa statuenda sit generationis connectenda. Si quidem quod aboletur abit in non ens. Non ens autem nihil est. non aliquid, non quale, non quantum, non denique ubi. Nam si rebus semper aliquid, perit, cur vniuersum non est absumptum,

& ad inanitatem reductum? quando quidem finitum id est, ex quo res quæque generatur. Neque enim non deficit, quia id est infinitum, ex quo gignitur vnum quodque. cum hoc fieri non possit, actu enim nihil est infinitum. Potentia vero quo ad sectionem, ut oporteat hanc solam esse, quæ nunquam deficiat, quia semper aliquid minus fit. At nunc istud non cernimus? ERGO quia huius interitus, illius est ortus, & huius ortus illius interitus, idcirco irrequietam esse mutationem necesse est, quod quidem sufficiens causa putari debet ortus, & interitus pariter in singulis rebus.

Quaestio vero quam adducit tertio loco est, unde accidat, & quæ sit causa cur ortus, atque interitus perpetuus sit: semper enim aliquid oritur, atque occidit. Verum cum ortus atque interitus perpetui duplex causa sit, vna efficiens, altera ut materia: cum in praesentia causa roget Arist. cur sit ortus perpetuus, non inquirat efficientem causam, sed illam causam quæ ad materiam pertinet. Causa enim efficiens ortus perpetui duplex est: vna prima, quæ (ut poeta dixit) immobilis manens dat cuncta moueri, nempe deus: altera secunda, quæ mouet agitata motu, cælum videlicet. Et primam quidem efficientem causam, explicat Arist. lib. 8. de physica ausculi. Et lib. 12. de prima philosophia. Secundam vero causam efficientem per ultimo cap. lib. 2. de ortu & interitu explanat. Quamobrem rectè inquit, inuestigare se in praesentia solum illam causam quæ ad materiam refertur: & causa est cur ortus rerum perpetuo efficiatur. Prius tamen quam doceat, quo pacto ex parte materie ortus rerum perpetuus sit, refellit quandam sententiam veterum de ea re: atque ita ait, ex parte materie non esse ortum rerum perpetuum, quod materia infinita sit, atque ideo possit ab ea semper detrahi aliquid, quod formam suscipiat, quemadmodum nonnulli falso crediderunt. Ratio est inquit, quia cum nihil sit in natura rerum actione infinitum, ut lib. 3. de physica ausculi. & lib. 1. de cælo monstratum est: neque materia ipsa infinita erit actione: potestate vero nihil prohibet quidpiam esse infinitum: nam quæuis magnitudo in infinitum secari potest. Unde sit, ut sola

diuisio

COMMENTARIUS.

diuisio corporū videatur deficere non posse quia in ea inest infinitum, non actione quiddē, sed facultate. Si verò quis dicat diuisionem materiæ causam esse perpetui ortus, errat sanè: quoniam si verum id esset, res quæ gignuntur semper minores efficerent. Semper enim cum materia actione finita sit secundum magnitudinem, detrahente necesse est minores partes materiæ, si perpetuò duratura diuisio est, hoc autē minime accidit. Imò vero plerunque fit, vt quod gignitur maius sit eo ex quo gignitur, vt filius patre. Quare materiæ diuisio, perpetuæ generationis causa non est. Quamquam autem difficile sit huius rei rationem reddere vt Arist. refert, illam tamen reddit: & ita explicatur.

Difficile potest reddi ratio.

Causa ortus perpetui.

Soluitur, & quaestio.

Omne quod gignitur si ex habet formam, sed non vt habet formam.

Questio qua ratione naturalis primam causam consideret.

Quod corrumpitur, non ita dissipatur, vt nihil amplius sit, sed interire dicitur quia priorem formam atque nomen amisit, quod à forma sum. Et ad vbi cōtingit, & aliam formam nomenq; aliud accipit aliud gigni dicitur. Quoniam in rebus omnibus, quæ generari, & corrumpi possunt, ita fit vt vnus rei interitus, sit alterius generatio, & mutata ratione. Hæc autem rerum permutatio, atque vicissitudo, nunquam cessat: vnde fit vt ortus atque interitus rerum perpetuus & sempiternus sit. Ipsa enim materia, quæ rebus caducis subiecta est, perse est æterna: sed modo hanc, modo illam formam accipit.

Hinc soluitur dubitatio adducta initio huius cap. de simplici ortu. Etenim si nihil est quod intereat, in id quod non est actu, neque generabitur, quidpiam ex eo quod actu non est. quare quod gignitur, ex eo nimirum gignitur quod actu est per formam. Quod licet vetū sit, non efficitur ex eodem quatenus formam habet, & actione est, sed quatenus est facultate, v. g. pullus ex ovo gignitur, quod actu habet formam oui, at non quatenus formam habet: ex eo fit: sed quatenus facultate est pullus. hoc est, tam habet potentiam, vt ex eo pullus gigni possit. Omnia n. simul habet actum & facultatem, vt quæuis sint vnū re ipsa, aliud esse possint. Nam cum omnia materia & forma consistēt, à forma habent, vt sint actu, a materia vero habent vt possint aliud esse quā quod sunt. Hæc igitur causa est, cur ortus rerum atque interitus sit sempiternus ex parte materiæ.

Antea tamen quam hinc discedam, scrupulus quidam eximendus mihi est, qui aliquo modo torquere possit: is est, qua ratione cōsideratio, atque etiam cognitio causæ efficientis, primæq; ad primū philosophū perti-

neat, si verum est, quod de eadem Arist. disputat lib. 8. de physica, auscult. Etenim ij libri partem quandam continent philosophiæ naturæ. Sed is scrupulus facile à nobis euelli potest. Prima etenim causa bifariam accipitur: vno modo secundum propriam naturam atque substantiam, quod sensu ad primū philosophū refertur, quoniam ea ratione materia vacat omnino: altero modo, vt mouet cætera, quo sensu pertinet ad philosophū naturalem, & explicat ab Arist. lib. 8. de physica additione. Nam mouens atq; motū pertinent ad eandē disciplinā (Sunt n. opposita vt relata) oppositorū vero eadē est disciplina. Cum autē in lib. de phys. auscult. Arist. inquit, quæ autē nō mota mouet: nō sunt amplius physicæ considerationis, referenda sunt verba ad primum motorem secundum propriam substantiam atque naturam, non autem qua ratione mouet cætera.

Solutur.

Prima causa partim ad philosophū naturalem pertinet partim ad priū philosophum.

SED cur interdum alia simpliciter gigni, & aboleri dicantur, alia non simpliciter, rursus est considerandū. Si idē est ortus huius, & illius interitus, & huius interitus, illiusque ortus. Hoc enim aliquam rationem poscit. Dicimus enim nunc simpliciter interit, & nō hoc tantum. Itē hæc est generatio simpliciter, & hic interitus. Rursus hoc aliquid fit, nō autē simpliciter fit. Nam qui discit, hunc doctū fieri dicimus, simpliciter fieri non dicimus.

Explicata superiore quaestione, aliam adducit Arist. ea est. Quamobrem quædam dicantur generari, & corrumpi simpliciter, alia vero non simpliciter, sed quadam ex parte: cum distinctū sit à nobis hæc tenus vnus rei ortus esse alterius interitum, & mutata ratione: quare nō magis hoc quam illud, debet dici gigni simpliciter. Est autem questio hæc non sine ratione proposita: nam inquirenda est etiam causa, quamobrem dicimus vulgò aliquid corruptum esse simpliciter, aliquid verò non simpliciter: & genitum similiter aliquid esse omnino, aliquid verò non simpliciter. Rem probat exemplo accidentium: vt enim qui dat studijs literarum operam, doctum fieri dicimus, non simpliciter fieri: ita quoque querendum nobis est in su-

Quaestio. Cur non nulla simpliciter dicantur generari, alia quadam ex parte tantum.

in substantia cur aliqua generatio simplex sit atq; omnino, alia simplex non sit, sed tantum quadam ex parte.

Ergo quia hæc, ut sepe definimus dicimusq; , hoc aliquid significant, illa vero fecus, id circo quod quærimus vsuuenit. Interest. n. in quæ trã feat id quod mutatur. Exẽpli gratia transitus fortasse in ignẽ est generatio quidẽ simplex. Interitus autẽ alius cuius ut terræ. Generatio vero terræ aliqua generatio est, generatio simpliciter nequaquã, interitus vero simpliciter ut ignis. Ut ait Parmenides. qui duo id est ens & nõ ens, ignẽ & terrã esse dicit. nec interest hæc ponantur an alia huiusmodi, quãdo quidẽ modũ, nõ subiectũ inuestigamus. Trãsitus ergo in nõ ens simpliciter simplex est interitus, ut in ens simpliciter, simplex generatio. Sed quibuscunq; definiatur siue ignis, & terra illa sint, si qua ve alia, horum alterũ erit ens, alterũ nõ ens. Vno igitur modo hoc interest simpliciter generationi, tum interitui, & nõ simplici.

Solutur.

Quæ rationem absoluit Arist. potius ex aliorum opinione, quam ex propria sententia. Tres enim rationes numerat. cur ortus vnus simplex dicatur, alius quadam ex parte tantum, pzetitas ab alijs philosophis, quamuis ab eodem aliquot eartũ probentur, quod nos indicabimus suis locis. Primam rationem sumit à Parmenide & explicatur verbis superioribus. n. philosophus, quæ habet rationem materiæ nõ dicebat propriẽ esse: quæ verò habent rationẽ formæ aiebat esse ppropriẽ, atq; simpliciter: & entia appellari volebat. Quare terrã, quia cæteris subest elementis, & eorum est quasi materia, vocabat non ens: ignẽ verò, q̄ superstaret omnibus alijs, maxime existimabat dignũ esse nomine entis. Ergo si hæc opinionem Parmenidis sequi velimus, illam generationẽ simplicẽ dicemus, quæ eius rei est, quæ rationẽ formæ sortitur, quæ est simpliciter ens: illã autẽ quadã ex parte tantũ, quæ cõparatur quod ad materiam accedit, quod nõ est ens simpliciter, sed quodãmodo. Hinc fit, ut generatio ignis simplex generatio di-

catur, terræ verò generatio non simplex, sed quadã ex parte. Idẽ nobis de interitu sentiẽdũ est: ignis enim interitus simplex erit: terræ verò corruptio, quẽdã corruptio putabitur. Quod de elementis dicimus, accommodari etiã potest corporibus mixtis: vnde cũ elementa ad cõposita cõparata vicẽ habeant materia, simpliciter generatio, quẽdã erit generatio: cõpositorum vero, simplex: ut hominis, & cæterorũ quæ quatuor constant elementis. Nihil. n. refert Parmenidis opinione, ignẽ dicimus, & terrã, an quẽuis alia: quoniã in præsentia de subiecto sermo non est, sed discrimen inter vtrũq; ortum, atq; interitũ constituimus: erit ergo simplex generatio, via quẽdam qua cõtendimus ad id quod est ens simpliciter. Id est quod habet rationem formæ: quẽdã verò, quia contendimus ad id quod non est simpliciter ens, & habet rationem materiæ. Et hæc vna ratio est qua simplex ortus, atq; interitus à non simplici distinguuntur, quã Arist. probat.

Alias refert qualis materia sit. Nã cuius materiæ differentia hoc aliquid significat, ea magis est substantia. cuius vero priuationẽ, ea est nõ ens, verbi causa calidũ est quoddã prædicamẽtũ, & species. frigiditas priuatio. At terra ignisq; his quoq; differentijs, discrepant.

His verbis innuit secundã rationem, qua simplex ortus à non simplici distinguitur: illa sumitur ex distinctione potioris naturæ à deteriori. Potior etenim natura illa est, quæ mouendi, atq; efficiendi vim habet: deterior, quæ patiendi: ut calor frigore: ignis, aqua. Alterũ etenim vim habet formæ, alterũ priuationis. Illa igitur natura quæ præstantior est, magis substantia dicitur, quã quæ est deterior: quare ortus præstantioris substantia simplex ortus putabitur, ut ortus ignis: ortus verò deterioris, ortus quidã erit, non simplex ortus, ut aqua. De interitu verò, contrario modo sentiendũ est. Hanc etiã rationem, cur quarũdã substantiarũ ortus simplex dicatur, Arist. probat: quæ non multũ discrepat à superiore.

Secũdã rã.
Potior natura quæ habet vim efficiendi.

Ratio prima ad quæstionẽ propositam.

Quæ nam proprie dicat esse Parmenides.

Quancquã vulgo sensibili, potius & insensibili differre videntur. Nã cũ aliquid materiam sensibilem transit, id gigni dicunt, tunc vero deleri, cũ abit in materiã inaspectabile.

B/ Ens

COMMENTARIUS.

Ens. n. & non ens, quod sentitur, & non sentitur esse definiunt. ut scibile ens esse, nō scibile nōens: habet. n. sensus scientiæ facultatem. ut ergo isti viuere & esse sensu & facultate iudicant: sic item res ipsas. Quilicet ipsum verum non dicant, tamen verum quodammodo sequuntur. Aliter. n. opinione atq; re vera efficitur generatio simplex, & interitus. Nā spiritus & aer iudice sensu minus sunt. Quo fit, ut quę simpliciter intereunt ea quod in hac transeant, interire dicantur. Gigni vero cū in re tractabilem terramq; mutantur. Ceterū reuera hæc, quā terra magis sunt hoc aliquid & species. Sed cur quæ cuius est interitus, simplex sit generatio, & quæ alicuius generatio, simplex sit interitus, causa reddita est. scilicet ob discrimē materiæ: quod ea sit aut nō sit substantia, vel quod altera magis, altera secus, vel quod materia ex qua, vel in quā altera altera sensibilior existat. cur itē quędā simpliciter fieri, quędā aliquid tantū fieri dicantur, idq; non mutua generatione ut modo dicebam. Nūc. n. hæc. n. definiuimus. cur cum omnis generatio sit alterius interitus, & omnis interitus sit alterius generatio, non similiter generationē & interitum ijs tribuimus, quæ alterū in alterum mutantur. At posterior quæstio non hoc inquirat. Sed cur discens, non simpliciter fieri sed doctus fieri, qui vero nascitur, hic fieri dicitur. Hæc autē prædicamentis definita sunt. Nā quædam hoc aliquid significant, alia quale, sunt quę quātum. ergo quę non significant substantiam, ea non simpliciter, sed aliquid fieri dicuntur. Cæterum in omnibus pariter prædicamentis generatio dicitur secundum ea, quæ in altero ordine sunt. ut in substantia si ignis, non

si terra fiat. In quali si doctus, non si indoctus efficiatur.

Tertia ratio, tãgitur hoc loco: ea sumitur ex sensu: & est eorum solum hominum qui parum rationem ipsam, mentemq; sequuntur: solet. n. vulgus hominum eas vocare magis substantias, quę propius ad sensum accedunt, eas minus, quę a sensu longius recedunt. Vnde quia terra crassior est, & sensu percipi comodius quā aer potest, terram ferunt magis esse substantiam quam aerem: eiusq; ortum simplicem vocant: aeris vero, minime. Et vniuersę quidem ortum corporatę substantiæ, & sensibus admodum coniunctę, simplicem appellant: ortum verò substantiæ minus terrestris & crassę, vocant ortum quandam, nō simplicem. Hæc autem ratio ab Arist. minime probatur tamen in categoria substantiæ, quod diximus eo loco, hanc rationē sequutus sit: obiter tamen eius sententię causam exponit, atque ait autores huius opinionis nō distinguere scientiã a sensu, sed putare idē esse omnino. Quare ea solū esse dicunt, quæ sensu percipi possunt: non esse autē, quæ vel penitus in sensum non cadunt, vel non facile. Istam opinionē hoc argumento probant à simili: sicut animal tunc esse dicimus, cū sentit, non esse, cū nō sentit: ita quoq; subiecta sensibus, cū sensu percipiuntur, sunt: cū autē non sentiuntur, non amplius sunt. Confutatur tamen Arist. huiusmodi rationē, dicens, quod tamen hac ratione aliqua pars veritatis continetur, omnino decipiuntur, errantq; autores eius opinionis: est. n. aliquo pacto verū, quod aiunt, ea quæ sunt distinguuntur per scientiã atq; ignorantiam, quia quod non est, sciri nullo modo potest: & quod neq; intelligi, neque sciri potest, omnino non potest esse. Apertè verò falsum est, quod aiunt, idem esse scientiam atq; sensum, quemadmodum lib. 3. de anima Arist. demonstrat. Diuersa igitur veritas est ab opinione vulgi. nā veritas poscitur ut ea generari simpliciter dicantur quæ formę rationē habent: vulgus vero pessimus iudex eas, res simpliciter oriri existimat, quæ proximè accedunt ad materiã: quod ob crassitiē facile sensibus cōprehēdi possint: & quoniam spūs, atq; aer parū sentiunt, si cōferatur cū terra, aerē putat deteriorē esse substantiã, & quæ in aerem vertuntur in nihilum redigi: quare si ex aqua fiat aer, dicunt, corruptam esse aquam, non autem aerem esse genitum: si cōtra cōtingat, aquā ferunt generari: quare ratione terra dicitur omnium maximè substantia

Tertia ratio quę se sensu capi tur.

Causa. eue ita sentiãt autores huius opinio nis.

Refellit ratio.

tancia

tantia: quoniam maximè in sensum cadit, & causa est, cur cætera sensu percipi possint. Cæterum hoc falsum est, nam inter res naturales, quæ continent, præstantiores sunt, quæ quæ continentur, quia ad formam proprius accedunt, cuius proprium est continere, ut materię contineri. Aqua enim terrę forma censetur: aer, aqua: ignis, aeris. Epilogũ statim facit Arist. dicens, redditam iam esse causam cur simplex ortus sit alicuius interitus, & simplex interitus, sit alicuius ortus. Hoc enim accidit, quia materia est diuersa: est autem diuersa, quia vna est actu substantia, alia, nõ: vel quia vna est præstantior substantia quàm altera: vel quia substantia quę gignitur, & in quam fit transmutatio, est magis subiecta sensui quàm altera.

Epilogus.

Cur igitur quædam simpliciter fiât, alia fecus, & omnino & in his prædicamentis satis arbitror explicatum, & cur ut cõtinèter generatio fiat subiectum est causa, ut materia. quippe quod mutatur in opposita. Est que in substantijs vnus generatio, alterius interitus, & vnus interitus alterius generatio.

Alium modũ docet, cur simplex generatio differat a non simplici.

His verbis tangit alium modum quo simplex generatio distinguitur a non simplici: etenim cum fit substantiæ transmutatio, tũc dicitur aliquid generari simpliciter, ut cum ex aere fit aqua: aut contra. Verum cum transmutatio fit in cæteris categorijs quæ non sunt substantiæ, non dicitur quidpiã fieri simpliciter, sed cum additione. Etenim si puer crescat, quia mutatio non fit in substantia, sed in quantitate, non dicitur, puer fieri simpliciter, sed fieri magnus, & in cæteris generibus simili modo. Hic autem modus maximè diuersus est ab eo quẽ paulõ ante exposuimus: prius enim quærebamus causam mutæ generationis in substantia, hoc autem loco rogamus, quamobrem quod aliquid percipit, atque discit. v.g. nõ dicitur simpliciter fieri, sed dicatur fieri sciens, aut doctus, aut quidpiã simile, cum additione: quod autem generatur simpliciter, & sine vlla additione dicatur fieri. Illud tamen generibus ut id genus mutationis quo progredimur ad præstantiora, generatio vocatur, ea vero mutatio qua forma comparatur ignobilior, atque deterior, dicatur interi-

Omnismutatio in præstantius generatio, dicitur in deterioris vero corruptio.

tus. v.g. in substantia si fiat ignis, generatio esse dicitur. Si terra, interitus: tamen si simpliciter generari terra dicitur, ut monstratum est. In qualitate: si quispiã sciens atque doctus efficiatur, generatio effici dicitur: si ignarus fiat, non amplius ortus erit, sed interitus: eodem modo in cæteris generibus dicendum nobis est. Atque id oportet maximè meminisse: quoniam sepe numero Arist. eo præcepto vtitur. Ait statim, hoc modo sit a nobis explicatum, cur aliqua dicantur, simpliciter generari, aliqua non: & quę sit ratio eorum quæ generantur in substantia: deinde quo pacto materia, quæ rebus omnibus quę generantur, & intereunt subiecta est, causa sit ortus perpetui: quæ sanè materia mutari in contrarias formas potest: in super qua ratione vnus rei ortus, sit alterius rei interitus, & mutata ratione.

Neque vero ambigere oportet, cur generatio semper fiat, rebus pereuntibus. Nam ut interire rem aiunt, cũ ad insensibile & non ens peruenit, sic ex non ente generari cum ab insensibili discedit. Ergo siue aliquid sit, quod subijcitur, siue non: certe ex nõ ente generatur. Ita pari ratione efficiatur ex nõ ente, interit in nõ ens. ut merito generatio nunquam deficiat, cum sit generatio interitus non entis, interitus vero non entis generatio.

His verbis dubitationem quandam soluit adductam aduersus eam sententiã quæ defendit generationem esse perpetuam. Possit enim existimare, quispiã nullo modo generationem, perpetuam esse, cum per interitũ, semper aliquid ita corrumpatur, ut eius nihil amplius maneat. Sed ea quæstio dissoluitur, quia qui sic existimant, solum sequuntur iudicium sensus, nõ rationis: aiunt enim eã re perijisse, quę nõ amplius sensu percipit: eã vero generatã esse, quę sensu agnoscitur. unde simpliciter generationem appellat eã mutationem quę fit ex nõ sensibili, in id quod sentitur: interitũ autẽ eã mutationem quę fit ex eo quod sentit, in id quod sentiri nõ potest. Verũ hæc etiã ratione nostra opinio cõfirmat inquit Arist. quod dicimur vnus rei ortũ, alterius esse interitũ, & cõtra: ut sit perpetua generatio. Nã si generatio est qua aliquid ex ente fit ens,

B 2 & interitus

COMMENTARIUS.

& interitus quo aliquid ex ente fit nō ens, profectō nunquam deficiet generatio: siue concedamus aliquid subiectum ex quo res ipse fiant, siue nō: semper enim ortus atq; interitus sibi respondēt quadam vicissitudine: neque est aliqua causa cur debeat cessare vicissitudo, atque ex consequenti perpetua erit series generationis.

Sed quærat aliquis hoc nō ens simpliciter vtrum sit contrariorum alterum? vt terra verbi causa, graueq; sit non ens, ignis verò & leue ens, an non? Sed terra est ens, nō ens vero materia terræ perinde, atque ignis.

Vtrū quod vocatur simpliciter nō ens, si vni ex elementis.
Respondet.
 Soluti aliam quæstionem Arist. ea est, vtrū id quod vocatur non ens simpliciter vnum ex elementis. v.g. terra quæ est grauis dicatur non ens. Ignis verò qui est leuis dicatur ens, an potius terra etiam ipsa sit ens quæ admodum cætera omnia quæ propriam formam habent, atque nomen. Et dū taxat dicatur non ens, materia subiecta igni & terræ elementisq; reliquis. Respondet itaque philosophus ipsam materiam subiectā elementis nō ens vocari, quia actu nihil est, sed quicquid est, potentia est.

Obiectio quod nihil fiat ex materia.
 Obijciat aliquis, nunquā perse inuenitur materia, sed perpetuò est cum aliqua forma coniuncta, ergo quæ fiunt, non efficiuntur ex non ente, sed ex ente. Dicendum est, formā dare materiæ nomen, & eam deducere in actum, neque posse vquam materiā sine forma existere, atque ex materia res quæque generari dicuntur, atque ex non ente, quoniam ad id quod generatur nihil cōducit forma: neque enim terra, quatenus habet formam terræ, vertitur in ignē, quod in cæteris simili modo contingit: sed quatenus materiam habet capacem formæ ignis: vnde fit vt antea quā res gignatur, prior abijciat formam, & ex materia efficiantur cuncta quæ nunquā sanè interit, sed perpetuo manet.

Quin & illud potest in dubium venire, sit ne vtriusq; diuersa materia? an tūc nō fierēt alterū ex altero, neque ex cōtrarijs? Nā igni, terræ, & aque, opposita adsunt. An quodā modo materia eadem est, alias diuersa: Quidquid. n. subijcitur idē est. esse aut non est idē. Sed de his hæctenus.

Tertiam quæstionem tangit hoc loco, ea est, vtrum eadem sit ignis, & terræ materia, cæterorū que elementorum, an diuersa potius. Respondet Aristot. eandem esse subiectam elementis omnibus primam materiam. Rationem illam reddit, quoniam alias non possent ex contrarijs cōtraria fieri. Atqui omnia ex contrarijs effici necesse est, vt lib. 1. de phys. auscult. monstrauit Arist. etenim omnibus elementis contraria permixta sunt. Verum vt rem explanet exactius, atque melius, inquit elementorum omnium partem esse materiam eandem, partim diuersam, aut enim consideratur in natura sua, hoc est vt prima est omnium, & hoc sensu eadem materia subijcitur non solum elementis, sed etiam rebus omnibus quæ generantur & corrumpuntur. Si verò consideretur, ratione formarum susceptarum, quæ sensu proxima rei materia dicitur, non prima, diuersa est sanè in omnibus elementis. Nam hoc modo differentias rerum continet. Et alia ratione suscipit formam ignis, alia aeris, alia denique formas cæterorū, quare si ita sumatur non potest eadem omnium materia censerī. Sed de his hæctenus, vt Aristot. ait.

Prima quæstio.

Vtrum vnus rei ortus sit interitus alterius.

Hæctenus sententiā Arist. præsentī cap. interpretati sumus: nunc vero, vt cōsuetudinem nostrā sequamur, & plarifq; geramus morē, nonnullas quæstiones exercebim⁹ quas Arist. attingit hoc loco. In quibus explicandis dabimus operam vt modum seruemus, qui est in quauis re optimus.

Principio vero illa existit quæstio, vtrum verum sit quod Arist. inquit, rationem reddens cur perpetua sit ex parte materiæ series generationis, vnus rei ortum, esse alterius interitum. Falsa etenim videtur esse hæc parte Arist. sententiā, quod ego multis argumentis conabor probare, quorum primum sic habet. Generatio non est corruptio, ergo neque vnus ortus est alterius rei interitus. Nota est consequētia: & antecedēs pparatur Arist. iudicio qui lib. 5. de phys. auscult. ortū atque interitū contrarias mutationes facit.

Secūda ratio, dum cadauer gignitur nihil corrumpit.

Vtrum sit eadem materia omnium elementorū.

Respondet.

Prima ratio.

Secūda

corrumpitur, ergo non est perpetuò verum q̄ vnus rei ortus, sit alterius interitus. Discursus legitimus est, & antecedens persuadeatur inductione quia cadaver efficitur mortuo homine, atqui cum moritur homo nihil omnino corrumpitur, nam materia manet: & forma hominis nempe anima còpos rationis non dissipatur, sed manet superstes atque aura finitur etiam iuxta Arist. sententiam, vt est à me monstratum plurimis argumentis in apologia Arist. de animòrum immortalitate.

Tertia ratio.

Tertia ratio, vt animal nutriatur necessarium est cibum ex quo nutritio fit corrumpi, atqui nihil tunc temporis generatur, vt planè constat, ergo vnus rei ortus non est alterius interitus.

Quarta ratio.

Quarta ratio, in aere fit lumè, nihil tamè corrumpitur quò lumen generatur, siquidem tenebræ quæ pelluntur lumine adueniente nihil omnino sunt, ergo &c.

Quinta ratio.

Postremo, si vnus rei ortus alterius esset interitus, aut in eodem subiecto simul erunt duæ formæ, aut aliquo tempore erit materia sine forma, atqui neutrum verum esse potest, ergo non est vnus rei ortus, alterius interitus. Nota est còsequentiã, simul cum minori propositione, maior vero probatur: nã cù quidpiã generat, & corrumpitur aliud, ergo vñ eodem instanti quo forma quæ aderat, corrumpitur, suscipiatur altera, an potius alio instanti: si eodem, duæ formæ simul adueniunt in materia eadè, si diuerso, erit materia sine forma aliquo tempore: nam interqueuis duo instantia medium est tempus necessario. quare eo tempore nulla adest forma, nam prior expulsa est, atque abiecta, posterior vero, nondum est admissa.

His igitur rationibus & plerisque alijs id genus quas prudens atque sciens missas facio, còuinci videt. quòd vnus rei ortus, nõ sit alterius interit⁹, nihilo minus tamè verã ego existimo Arist. sententiam qui contrarium asserit cap. 3. quod est à nobis monstratum, atq; ita statuo hanc assertionem, vnus rei ortus, est alterius interitus. cuius sensus est nõ posse accidere, vt quidpiã gignatur nisi aliquid corrumpatur, quare cù non significemus generatione vnus rei esse eandè cù alterius interitu, nullã prorsus vim habet ratio primo loco adducta còtra sententiã Ari. hãc nostrã assertionẽ defendit Arist. hoc tertio cap. & illa sanè primũ experimento cõstat earũ rerũ quæ secundum naturã oriũtur atq; occidunt, deinde ratione, quia si cù quidpiã

Assertio.

Vnus rei ortus, est Alterius interitus.

Probatur assertio.

1. Testimonio Arist.

corrumpitur nõ generaretur aliud, materia existeret sine forma, vt patet, hoc autẽ fieri nõ potest, vt Arist. demonstrat lib. 1. de phys. auscult. quo loco nos eam rē lōga oratione tractauimus, quare vera est nostra assertio.

Secunda ratio est, quoniam hic est ordo à natura institutus, vt incipiat ortus vbi desinit interitus: cù interitus transmutatio que dam sit qua contenditur ab ente ad nõ ens, ortus vero contrario modo peragitur, quare vnus rei ortus alterius rei interitus erit, & contraria ratione. Postremo constat, quia natura non contendit corrumpere, sed generare, corrumpit autem quia non potest aliter formã efficere in materia: nisi inde priorem pellat, quare vbi quidpiã natura corruptũ est, necessario aliud debet generari, alioqui natura nõ cõsequetur suũ finẽ, atqui natura nihil frustra agit, vt sepe numero inquit Ari.

Superest vt rationibus in contrariam partem adductis satis faciamus: quod efficere, difficile non est. Primæ vero rationi abũde satis factum esse puto paulo superius, ad secundam rationem dicendum est, cum gignitur cadaver aliquid corrumpi, hominem videlicet ipsum: anima rationis compote, à corpore soluta, neque enim necessariũ est semper formã dissipari atq; aboleri. Nunquã. n. amplius homo manet effecto caduere. Tertia ratio dissoluitur, si dicamus cibo corrupto dũ nutrimur, carnẽ produci. Ad quartã rationem bifariam dici potest, primũ dicemus nostram assertionem, verã esse duntaxat in ortu & interitu simplici, hoc est substantiæ, in quo nunquam fallit in accidentibus vero fortasse vera perpetuò non est: q̄ si ad accidentia pertineat eaq; complectatur duntaxat comprehendit, ea accidentia quibus insunt vera contraria. Nam cum duo contraria simul esse non possint & magna ex parte duorum contrariòrum alterum necesse sit inesse subiecto: cù inquam contraria medio vacant, vbi vnũ corrumpitur, necesse est, effici alterum. Si vero omnia accidentia comprehendamus propòita assertionem reperiemus ita accidere cum lumen generatur: nam eo tempore tenebræ corrumpuntur, quemadmodum cum scientia gignitur in animo, ignorantia dissipatur. Postrema ratio dissoluitur si dicamus eodem prorsus instanti pellem formam antecedentem, & admitti alteram.

Sicutem obijcias fieri iam vt simul in eodem subiecto existant duæ formæ: negandum est, si quidem illud instans est primum non esse formæ prioris, & accedens formæ

dem subiecto existant duæ formæ: negandum est, si quidem illud instans est primum non esse formæ prioris, & accedens formæ

dem subiecto existant duæ formæ: negandum est, si quidem illud instans est primum non esse formæ prioris, & accedens formæ

2. Experimento.

3. Rationes.

1. 2.

Soluuntur rationes adducte in contrariũ:

1.

Diluta est superius

2

Soluitur:

3.

4

5.

An sit assertio etiã vera in accidentibus.

5.

Obiectio:

COMMENTARIUS.

primum esse. Nam forma substantialis incipit esse per primum sui esse. quare nihil consequitur absurdi: atque ex consequenti vera est nostra assertio.

Secunda quæstio.

Vtrum possit aliquid fieri ex nihilo.

Hoc etiam loco paucis dicendum nobis est, quoniam eam quæstionem attingit in præsentia Arist. Vtrum fieri possit ut aliquid fiat ex nihilo, aut redigatur in nihilum? Videtur enim fieri posse ut fiat aliquid ex nihilo: nam forma substantialis efficitur, at non ex aliquo: siquidem nihil formæ exitit in materia anteaquam illa efficieretur, nisi velimus incidere in Anaxagoræ sententiam, quam Arist. confutat lib. 1. de physica auscul. Ut dubitationem diluamus, meminisse oportet, terminum generationis non esse materiam, quoniam illa perpetua est. neque formam, cum illa perse non fiat, sed totum compositum. Agens autem naturale virtute sua extrahit formam de potentia materiae, atque efficit totum ex nihilo. Ergo cum dicimus ex nihilo nihil effici posse, sed quod vis fieri ex aliquo: significamus, nullam rem effici posse facultate agentis naturalis, extra subiectum, sed quidquid sit, in subiecto fieri: & quidquid corrumpitur, in subiecto, hoc est materiam corrumpi si. n. (ut tho. ait) agens naturale re. p. duceret sine subiecto, faceret esse simpliciter: esset ergo causa sui ipsius. quoniam in esse simpliciter est omne esse: hoc autem fieri non potest, alioqui enim idem simul esset, & non esset. Virtute agentis naturalis dixi, quoniam diuina virtute ex nihilo potest aliquid fieri. Nullo siquidem subiecto opus est deo, qui vniuersitatem rerum ex nihilo condidit virtute, quam habet infinitam. Ratio est, quoniam virtute infinita opus est adficiendam rem sine subiecto, de cuius potentia extrahatur forma: similiter etiam ad redigendum rem quamquam in nihilum. His ita constitutis, dubitatio planè solui potest: fatemur enim libenter formam effici, cuius nulla pars extiterat prius in materia: non tamè inde efficitur, quod forma fiat ex nihilo, quando quidem ex subiecto fit, ex cuius potentia forma extrahitur: quoniam in materiae potentia extiterat prius ipsa forma: nata est. n. materia suapte natura formam succipere. Igitur quoniam omne quod fit ex aliquo subiecto fit, & similiter quod interit, in aliquid

interit, non in nihilum, & materia sine forma esse non potest: necessarium est, ut vnius rei ortus sit alterius interitus: & mutata ratione. Quare hoc modo adducta paulo superius quæstio longe melius atque exactius explicatur: iam ad reliqua contendamus.

Tertia Quæstio.

Vtrum accidentia sint in materia prima tãquam in subiecto, an potius in composito.

Consequitur altera quæstio, quam explicare in præsentia in animum induximus: ea est, vtrum accidentia sint in materia prima tãquam in subiecto, an potius in composito. Quæ ea causa tractare studeo, quoniam Arist. hoc tertio cap. postquam dixit ortum simplicem ex materia fieri, quæ est ens potestate & actione non ens, inquit, vtrum istud non ens actione (materia inquam) habeat accidentia, an non. Neque hoc tantum loco, sed pluribus etiã alijs eodem ipso cap. quæstionè videtur Arist. attigisse. Quæstio ergo est, vtrum materia prima sit subiectum accidentium. Statuo igitur assertionè subiectum accidentium est compositum, non materia. Et hæc sanè est Arist. opinio. Huius assertionis ut plenam fidem faciamus, obseruandum nobis in primis est, subiectum esse duplex: vnum cui heret accidentia, quod vulgo in hæssionis vocant: alterum de quo accidentia prædicantur, hoc vocant prædicationis subiectum. Nostra verò assertio vtrumque genus subiecti complectitur. Deinde obseruandum est, non mine compositi significari in præsentia quod ex materia & forma constat ut os, tametsi ossis forma, vltima forma non sit: est, n. infra materiae hominis. His ita constitutis, probatur Assertio primam Arist. testimonio plurimis locis, maximè verò hoc cap. 3. cum. n. dicat, ens potestate, materiam videlicet, non habere accidentia (aliàs essent accidentia sine subiecto) testatur materiam non esse accidentium subiectum. Nam si in materia posita essent accidentia, pessime colligeret sine subiecto existere, cum adsit materia, in qua in sint. Deinde cum in categoria substantiæ dicat Arist. destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, eandem confirmat sententiam: nam si accidentia in materia inesset, maneret corruptis primis substantijs, cum maneat materia, est enim perpetua. Eodem præterea cap. idem asserit, cum ait, maximè

Terminus ortus.

Nihil ex nihilo fit.

Soluitur dubitatio.

Cur istam quæstionem exerceamus.

Assertio.

Prima obseruatio. Duplex subiectum

2.

Compositum quod nam dicamus.

Conuincitur assertio Testimonio Arist.

maximè proprium substantiæ esse, cum sit una atque eadem numero, esse susceptivam contrariorum: compositum igitur facit subiectum accidentium: quandoquidem in eo inquit, esse contraria, quæ sunt, pœuldubio accidentia. In sup. c. 4. lib. 7. de 1. philosophia Arist. scribit accidentia per proprium subiectum cui insunt definiiri: limitas. n. quæ accidunt naso p. nasum definiuntur. Definiuntur autem per compositum non per materiam, ergo accidentia tanquam in subiecto existunt in composito, non in materia. Eadem sententia corroboratur sumpto argumento à definitione accidentis, quam Arist. assertit in antepredicamentis, definiens, id quod est in subiecto, & ca. 4. lib. 1. top. cum ait, in subiecto vero dico, quodcum in aliquo sit nō sicut quædam pars, impossibile est esse sine eo in quo est: & accidēs est, quod adest, atque abest subiecto, extra subiecti interitum. Etenim si accidentia essent in materia tanquam in subiecto, forma substantialis accidens esset: si quidem potest adeste atque abesse a materia sine materia interitū: & est in materia, nō sicut eius pars, neque potest forma existere sine materia: præsertim forma vegetatiua & sensitiua. Forma tamen substantialis accidens non est, sed substantia: ergo accidentium subiectum non est materia, sed compositum.

Ad testimonia citata possumus exiguo negotio rationes aliquot adijcere, quibus eiusdem assertionis fidem faciamus. Prima ratio sumitur a sufficienti partium enumeratione, & ita colligitur, Subiectum accidentium, aut materia est, aut forma, aut ex materia atque forma compositum, nihil est. n. reliquū, quod subiectum appellemus: atqui materia non est, ut citatis Arist. testimonijs constat: neque præterea forma, quoniā plurima accidentia quantitate prædita sunt, vel quantitate opus habent, forma verò substantialis penitus destituitur natura sua quantitate: ergo nō existunt in ea accidentia: sunt igitur tanquam in subiecto in re composita ex materia atque forma.

Deinde si materia esset subiectum accidentium, multa accidentia quæ spontè sua corruptibilia sunt, essent perpetua, quo nihil potest esse magis absurdum, præsertim si accidentia contrarium habeant, a quo contrum pantur. Antecedens probo: quia cum materia aeris in igne maneat, cum ex aere sit ignis, si calor inesset in materia corrumpi sane nunquam posset, sed perpetuò maneret

in materia, cum fiat inuicè trāsmutatio eorū elementorum quæ eadem qualitate prædita sunt. Tribus autem modis (ut id obiter admoneram) accidentia corrumpuntur: per se inquam, cum a contrario corrumpuntur: cuiusmodi sunt ea quæ habent contrarium: deinde defectu conseruantis: ut calor corrumpitur, si sol desit qui illum conseruat. postremo corrupto subiecto. Hoc modo corrumpitur, calor in homine existens homine corrupto, etiam si nullum adsit contrarium. Nam ut motis nobis necesse est ea moueri quæ in nobis sunt, ita quoque nobis corruptis, corrumpi. capit. de substantia. Totidem etiam modis quidpiam generatur: nam quot modis dicitur vnum oppositorum totidem modis alterum dicitur.

Altera ratio est: si qualitates primæ & forma substantialis recipiuntur in materia, vel recipiuntur ordine quodam vel æque primò, atqui neutro modo recipi possunt in materia, ergo neque sunt in eadem tanquam in subiecto. Discursus legitimus est: maior est aperta: minorem probo. In primis non possunt simul recipi, atque æquè primò, cū forma substantialis substantia sit, & substantia sit prior accidentibus natura, dignitate, atque tempore. Quare prius est in materia quam qualitates, atque ex consequenti non æquè primò, ordine, igitur quodam: ordo autem est ut prius existat in materia forma substantialis, quam qualitates: sed quam primum forma adest in materia est compositum, quare dum accidentia accedunt, compositum effectum est in quo accidentia inerunt tanquam in subiecto.

Postremò calefactio geniti atque corrupti eadem esset, atque continua: quandoquidem eadem caliditas quæ præfuit in aere, manet in igne qui gignitur ex aere, si accidentia insunt in materia tanquam in subiecto. Hoc autem planè falsum est, quia ut vnus sit motus, necesse est ut mobile vnum sit cap. 4. lib. 5. de phys. auscult. His & similibus alijs argumentis constat veram esse assertionem nostram, & Aristor. opinioni conformem. Superest ut rationes illas, quæ contrarium videntur persuadere, soluamus: ut omnibus numeris suscepta disputatio consistere possit. Singulas autem referemus rationes, atque easdem dissoluemus statim: quoniā ad breuitatē & orationis pspicuitatē ita fecisse plurimum refert. In primis videt dicere Arist. q. accidentia existant in materia,

Tribus modis cor-
rūpi pos-
sunt acci-
dentia &
totidē effi-
ci.

Tertia rati-
o.

Quarta rati-
o.

Prima rati-
o. Cōtra
propositā
assertionē

2.

A definitio-
ne acciden-
tis.

Prima rati-
o ad ean-
dem senten-
tiam.

Secūda rati-
o.

COMMENTARIUS.

tanquam in subiecto, non in composito. ait enim cap. 4. huius lib. eandem perspicuitatē manere in ea re, quæ fuerat prius in aqua. Quæ sententiã si vera est, in materia existit perspicuitas, tanquam in subiecto: nam si inesse composito, cum illud corrumpatur quo tēpore trãsmutatio fit, perspicuitas etiam corrumpetur: est (enim accidens) at eadem in utroque manet elemento, ergo inerat materiæ quæ perpetua est. Dicendum est ad hanc rationem, illis verbis non significari ab Aristot. quod in utroque elemento maneat eadem re ipsa perspicuitas, sed nomine eadem, quæ dicit in utroque adesse perspicuitatem. Hoc pacto rationem soluit Philoponus: & est sanè ea forma loquendi non infrequens apud Arist.

Soluitur.

2. Ratio.

Secunda ratio sumitur ex verbis Arist. cap. 4. lib. 2. de ortu & interitu. eo. n. loco inquit, facilius transmutari symbola elementa quam disymbola. Rationem reddit, quia cum disymbola transmutantur, duæ corrumpuntur qualitates: cum verò symbola, una duntaxat: facilius autem est vnum quam multa corrumpti: quare facilius etiam erit trãsmutari symbola quàm disymbola. Quòd si Arist. inquit, cum transmutantur elementa symbola, solū corrumpti vnã qualitatem, procul dubio altera eadem manet in utroque elemento, atque ex consequenti materiæ inerat, quæ manet, non composito, quod abolutum est. Dicendū est, cū elementa transmutantur siue symbola ea sint, siue disymbola vtraque qualitatem corrumpit: verū in disymbolis vtraque perse corrūpitur, quoniam à cōtrario: in symbolis verò altera tantum corrumpitur perse, quæ inquam contrarium habet: altera vero ex accidenti corrūpitur, corrupto videlicet subiecto, & ideo vna tantum qualitas corrumpti dicitur quia vna solum perse corrumpitur. Sed obiicit aliquis, si etiam in symbolis vtraque corrūpitur qualitas, licet altera perse altera ex accidenti. nō facilius transmutabuntur symbola quam disymbola. Primum quia à duobus duo corrumpuntur: deinde quoniam licet in symbolis vna tantum qualitas à contrario corrumpatur, duæ, in disymbolis: tam facile est duo à duobus corrumpti, quam vnū ab vno: quare Arist. deceptus est. Dicendum est facilius transmutari symbola, in quibus vnū perse, alterum ex accidenti corrūpitur, quam disymbola, quia in symbolis melior dispositio est ex parte materiæ ad efficiendam transmutationem, quã in elementis disym-

Obiectio.

Soluitur.

bolis, atque ideo facilius illa transmutantur: quamquam, quod inquit Arist. eo loco facilius est vnum quam multa corrumpti, nō est sanè referendum ad qualitates, sed ad ipsa integra elementa. Ratio est quia elementorum symbolorum transmutatio fit sine medio aliquo, atque ita facillimè: elementorum vero disymbolorum transmutatio per mediū aliquod fit, vt lib. 2. de ortu Arist. docet. & ita omnia verba Arist. optimè consentiunt. Nam transmutantur symbola, facilius quàm disymbola, & facilius vnum corrumpitur, quam multa. Et hæc sanè respondendi ratio mihi probatur maximè. ceteræ enim multas habent difficultates: à quibus nō facile quis se possit expedire.

Quis sit sensus eius sententiæ Arist. facilius transmutatur symbola.

Tertia ratio sumitur ex diffinitione materiæ primæ: cū enim lib. 1. de phys. auscult. dicat Arist. materiam primam esse primum subiectum, dubitari non debet quin subiectum sit etiam accidentium. Dicendum tamen est materiam ab Arist. vocari primum subiectum, non accidentiū, sed formæ substantialis. eo enim loco materiam definit Arist. habita formæ substantialis ratione.

3. Ratio.

Soluitur.

Quarta ratio sic concluditur, in homine mortuo manet eadem cicatrix, eadem figura, idem color, qui fuerat in homine viuente, ergo hæc accidentia non existunt in composito, tanquam in subiecto: cum illud nō maneat, sed in materia, quæ nunquam aboletur. Et confirmatur hæc ratio: Occiso tauro, manet calor in eodē tēpore aliquo, & nō potest esse alius, quam is qui fuerat antea quæ taurus interimeretur, alioqui à nullo produceretur, ergo erat calor in materia, tanquam in subiecto, nō autem in composito. Rursum confirmatur eadem ratio quia si in aere, & aqua non maneret idem humor sed corrūperet, cum ex aere fit aqua, nulla esset causa, quæ humorem corrumpere: manet igitur idem calor: atque ex consequenti existit in materia tanquam in subiecto, non in composito. Vt dubitationes istas diluamus reuocandum est in memoriam quod prope initium huius disputationis obseruandum esse diximus, trifariam videlicet rem quam primum corrumpti posse: à contrario, recedente causa cōseruante, atque etiam corrupto subiecto. Totidem etiam modis diximus quidpiam posse generari, à simili, vt ignem ab igne: deinde præsentia causæ cōseruantis. potestremò ex accidenti genito inquam subiecto. Iam verò difficile non est adductas rationes soluere. Primum quidem fatemur manere

Confirmatur.

1.

2.

Soluntur rationes.

in ca

in cadavere colorē, figuram, & cicatricem: hæc verò eadem non sunt cum his quæ in homine vivente aderant, sed diversa. Siquis autem objiciat, nullam esse causam à qua ortum habeat, cum neque gladius, neque laqueus; si vel laqueo, vel gladio quispiam sit interceptus, causa esse possit figuræ atque reliquorum. Dicendum est hæc ipsa licet alias causam habeant efficientem per se in cadavere efficiunt, non habere causam per se sed ex accidenti: consequuntur enim ipsam cadaver. Quod autem diversa sint hæc accidentia in homine vivente & mortuo, illo argumento probatur: quia partes etiam quibus insunt, in vitroque diu: scilicet sunt: manus inquam pes, facies, atque reliquæ. Cum enim instrumenta desinantur virtute agendi, quæ illa virtute prædita non sunt, amplius censerentur aut partes, aut instrumenta non debent: sed multipliciter ita vocantur ut Arist. scribit lib. 4. meteorolog. plurimisque alijs locis. Idem dicendum nobis est de aeris humore cum in aquam vertitur: ille enim non manet idem, sed corrumpitur prior ex accidenti: corrupto inquam subiecto. Ad secundam confirmationem bis iam iudicio meo dici potest: primum quod ex accidenti producitur calor in tauro occiso: vel quod is calor gignitur ab spiritibus conclusis intra venas, arterias: atque partes ipsius tauri: illi enim cum calidi sint natura, nihil mirum est: si calorem efficiant qui sane spiritus quoniam minimo negotio exhalantur, sit etiam ut calor genitus brevi dissipetur. Postremo contra eandem sententiam sic objicio: si ea esset vera, fieret, ut forma reciperetur, in materiam minimè aptam ad formam suscipiendam, vel accidentia essent sine subiecto: quorum utrumque planè absurdum est. Quod autem necessarium sit horum alterum accidere, si vera sit ea sententia, hac ratione probatur: ut materia formam suscipiat, proculdubio opus est dispositionibus quibusdam formam antecedentibus quas prævias appellant: tunc ego rogo, cum advenit forma materiæ. v. g. forma ignis ligno, vel manent qualitates illæ quæ aptam redabant materiam ad formam ignis suscipiendam, aut non: si dicas non manere, sed aboleri advenienti forma, ergo forma introducit in materiam minimè aptam, atque dispositam: si verò illæ non corrumpuntur adveniente forma ignis, ergo manent sine subiecto, nam illæ inerant tanquam in subiecto in ipso ligno, atqui lignum corrumpitur cum fit ignis, quare non insunt in composito, ac

cidentia sed in materia quæ semper manet. Ad hanc questionem dicendum est, formam indigere prævijs quibusdam dispositionibus, ut in materiam suscipiatur: illæ autem qualitates antea quam forma accedat, insunt in ligno. v. g. forma verò accedente, amplius non manent, sed corrumpuntur. Dicit quispiam, à quo corrumpuntur, cum contrarium non habeant, & accommodatæ sint formæ ignis qui gignitur? Dicendum est ex accidente corrumpi, hoc est subiecto corrupto, non per se. Objicies rursus, forma igitur introducit in materiam nullis infectam qualitatibus, neque aptam ullo modo ad formam suscipiendam. Fallum id est: nam dispositiones illæ quæ præcesserunt, & quarum virtute forma ligni tanquam instrumentis, expulsa est, in causa fuerunt cum adessent in ligno, ne cuius materia aliam formam susciperet, quam formam ignis, ad quem pertinebant illæ qualitates, quas prævias dispositiones vocamus: & antecessisse qualitates memoratas, in causa est cur nulla alia forma admitti possit in materiam ligni, præter formam ignis: sunt enim illæ instar sigilli materiam signantis, servantisque, ad formam ignis suscipiendam. Ultima verò dispositio ad formam suscipiendam fortasse manet simul cum ipsa forma ignis, & tanquam in subiecto est in ligno. Sed dicit quispiam illa est dispositio ad formam, ergo antecedit formam, ergo existit priusquam adsit forma, quare vel non manet, forma ignis accedente, vel si manet inerant tanquam in subiecto in materia ligni non in ligno: dicendum est manere ultimam dispositionem commutarique formam ignis, & cum sit dispositio ad formam antecedit formam naturam non tempore, quare necesse non est existere priusquam forma adsit, sed simul tempore est cum forma: adducit enim secum formam, & quam primò ipsa adest, forma etià ignis adest. Quare rationes adductæ contra nostram sententiam efficaces non sunt: neque præterea tanti ponderis ut ipsarum momento ab eadem discedere debeamus: iam contendamus ad reliqua.

Argumentum.

Cap. 4.

Docuit Arist. hætenus, generationem; atque alterationem, mutationes esse diversas: præsentī cap. demonstrat qua ratione diversæ sint: vnde facile constare possit quid

Diversa accidentia in homine vivente & mortuo.

Obiectio.

Soluitur.

Questio. i

Soluitur.

Questio. 2

Soluitur.

Obiectio. i

Soluitur.

fit ortus quid alteratio, more autem suo initio capitis admonet quid nā illud sit quod tractari debeat ipso capite, dicens.

Cap. 4.

Iā generationi & alterationi quid intersit differamus. Has enim mutationes inter se differre certū habeo.

Ad assignandum autem discrimen inter utranque transmutationem duo accipit. Illa explicantur his verbis ab eodem.

Ergo quoniam est subiectū aliquid est item affectio diuersa, quæ de subiecto dici est apta & vtriusque mutatio existit.

I.
Plurimū di
fferunt sub
stantia & ac
cidens.

PRIMUM igitur accipit ab omnibus confessum, plurimum differre inter se, substantiam, atque accidens: substantia enim subiectū est, cuius accidentia hærent, accidens vero affectus quidam substantiæ est, qui citra eius iniuriam adesse potest, atque abesse.

2.
Vtrumque
generari &
corrumpi
potest.

Secundo accipit Arist. quod substantia, & accidens generari, atque corrumpi possunt. His duobus iactis fundamentis docet quando ortus atque interitus efficiantur: & similiter quando fiat alteratio: ita inquit.

Alteratio est, cum subiectum sensibile permanens in suis affectionibus mutatur, oppositis, aut medijs, ut corpus beneualet, idemque manens rursus ægrotat. Et æs iam orbicula re, iam idem angulosum efficitur. Cum vero mutatur totū, nec manet quidquam sensibile, ut idem subiectū, sed fit, ut sanguis ex omni genitali semine, vel aer ex aqua, aqua vero ex toto aere, tūc id generatio vnus est, alterius interitus. Præsertim si mutatio ex insensibili fiat, in id quod sub sensum cadit, vel tactu vel oēs sensus. ut cum aqua ex aere fit, aut in ipsum transit. Aer enim sine controuersia insensibile est.

CUM enim facilius sit docere quando alteratio efficiatur, quando generatio, quam quid sit horum vtriusque: potius explanat vtriusque discrimen, quam adhibeat definitionem. ortus igitur à commutatione differt, quod cum natura rei manet integra, ita ut neque nomen, neque finitorem amittat, sed accidentia solum quæ in ipsa sunt, mutantur in contraria accidentia, aut media, alteratio effici dicitur. Rē exemplō duplici docet: cum ex sanitate inquit in morbum mutatur animal, quia animal ipsum integrum manet, & solum permutatur accidens, alterari animal dicitur: & ea mutatio fit ex contrario in contrarium: quoniam sanum, atque ægrum contraria sunt: similiter cum es ex longo sit angulatum, aut contra, alterari dicitur: quonia idem manet es, & duntaxat fit permutatio secundum qualitatem. Cum autem tota res mutatur, & nihil permanet eorum quæ fuerant in ipsa re, tunc quod factum est per transmutationem generari dicitur: quod vero amittitur, corrumpi. Oportet autē ut nihil maneat, quod sentiri possit idem esse quod antea fuerat: aut quod eandem habere possit appellationem. hanc etiam sententiam duobus exemplis subiectis veram esse demonstrat. Cum enim in utero matris totum viri semen in sanguinem versum est, & aer densatus est in pluuiam, factus est interitus seminis aerisque, ortus vero sanguinis, atque pluuiæ.

Cur disci
men aliq
net.

Quando
fiat altera
tio.

Quando
fiat gene
ratio.

Admonet tamē Arist. quod tūc maxime vult obseruari: quod generatio fieri dicitur, cum quodpiam ab eo quod sentiri minime poterat, in illud commutatur, quod vel tactu, vel pluribus alijs sensibus percipitur: ut cum ex aere fit aqua, illud vulgus corrumpi putat, quod ab eo quod sentitur in id commutatur quod minime, aut non plurimum sentitur, ut cum ex aqua fit aer. Verū id ipsum explicatum est anobis cap. superiori.

Obserua
tio Arist.

IN his autē si qua oppositionis affectio eadem in nascenti, & interepto maneat, ut cum ex aere fit aqua, ambo perlucida sunt, & frigida, nihil oportet, uti alterum in quod mutatio efficitur, huius affectio sit. Alioquin erit alteratio non secus, quam si pereat homo musicus, & immusicus oriatur, homo autē idē permaneat.

Diluit ob-
jectionem.



De loco diluit Arist. quandā obiectionem, possit quispiam obijcere, accidere interdum vt cum generatio efficitur, aliquid maneat quod sensu perci-

pi possit: atque ita nō rectē sit assignatum discrimen inter alterationem, & generationem. Hoc aperte constat, cum ex aere sit aqua: manent enim in aqua perspicuitas, & frigus, quæ in aere qui commutatur præfuerant. Respondet Arist. nullo modo manere perfecta transmutatione eandem in genito qualitatem, quæ fuerat in corrupto. Si tamē eadem manere videatur, quod exempla posita probare videntur, sciendum est, qualitatem quæ manet in genito, non esse eandem cum ea quæ fuerat in corrupto, secundum rem, sed solum secundum nomen. Non est enim eadem perspicuitas in aqua & aere: neque frigus idem, sed diuersum omnino secundum spetiem: alioqui non generatio, sed alteratio effecta esset. Vt enim consensu omnium aeris calor diuersus specie est à calore ignis, sic frigus aquæ, & aeris, & perspicuitas vtriusque spetie differunt inter se. Quod autem de corporibus simplicibus dicimus atque elementis, accommodari potest etiam compositis. Siquidem calor vini logè diuersus est à calore balsami. v.g. Quemadmodū ergo si fiat sanguis ex vino mutatur tota vini species, aliusque calor in sanguine procreatur: ita quoque cum aer in aquam vertitur, tota aeris substantia cōmutatur, & perspicuitas atque humor aeris corrumpitur, aliæque qualitates eiusdem nominis gignuntur in aqua. Hoc probat Arist. deductione ad absurdum. Etenim si hoc verū non sit, cū mutatur aer in aquā, nō efficitur generatio, sed alteratio: vt cū idem homo ex inmusicus musicus fit. Id autem absurdum esse maxime hinc constare possit: quoniam alteratio fit, cū manet idem subiectum, affectiones verò commutantur: at cum aer vertitur in aquam, non manet idē subiectum, quāuis maneat eadem perspicuitas: nam perspicuitas nō est subiectum aeris, sed affectio eius, quemadmodum calor in aere vel frigus in aqua, nō est affectio perspicuitatis, sed aeris, vel aquæ, vero non sit satis cōmutari quidpiam secundum quālibet qualitatem vt verè fiat alteratio docet Arist. his verbis.

SI ergo musica, & ei opposita priuatio non esset huius affectio per se, nepe alterius esset ortus, alterius interi-

tus. Ergo & hominis affectiones sunt. Generatio autem & interitus hominis musici. Nunc autem hæc affectio manentis est. Et proinde alteratio talia sunt.

ATque ita ait, tunc solum fieri alterationem, cū eius rei quæ mutatur, propria variatur affectio. Nam si musica, & musica ignorantia non essent propria hominis affectiones, sed ipse homo simul cum his alterius esset affectio, sicut calidum & frigidum simul cum perspicuo sunt affectiones aeris atque aquæ, proculdubio illa mutatio quæ ex musico sit inmusicum, ortus esset, non commutatio. Nunc autem cum ex musico sit inmusicam alteratio efficitur: quoniam musica & ignorantia musicæ propriae affectiones hominis sunt, quia manet idem subiectum, nempe homo. cū verò ex homine musico sit homo inmusicus generatio fit, nō simplex tamen, sed quædam, quæ est eadem cum alteratione: nā alteratio vt dictum est à nobis cap. 3. ex Arist. sententia, quædam generatio est, quæ per compositionem explicatur, cum dicimus ex homine musico fit homo inmusicus.

Quando ve
re sit Alter
ratio.

Oppositionis igitur mutatio si fiat in quanto auctio, & imminutio dicitur. Si loco, latio, affectione, & quali, alteratio. Cum vero nihil manet, cuius alterum sit affectio, aut omnino accidens, partim ortus vocatur, partim interitus.

HOc vbi dixit exponit Rudi & pingui minerva, quo pacto efficiatur mutatio singularæ, vnde etiam accipere licet earum finitiones. ergo cum mutatio fit in quantitate ex contrariis in contraria, accretio est, atque decretio: cum verò fit mutatio secundū locum, est latio. cum in qualitate, alteratio. at cum res ita mutatur vt nomen atque substantiam amittat: & nihil manet ex his quæ antea fuerant, mutatio eius quod fit, ortus vocatur. eius verò ex quo fit, interitus. Quoniam vero materia perpetuo manet in huiusmodi transmutationibus, quæ sit eius vis declarat Arist. cum ait.

Iam materia maxime, ac proprie, id subiectum est, quod generationis, & inte-

COMMENTARIUS.

& interitus est susceptiuum, ad quemdam vero modum, id quoque, quod alijs mutationibus subiicitur. Nam omnia subiecta, quarumpiam oppositionum susceptiua sunt.

Duplex materia

DVplex inquit materia est, vna quæ est subiectum ortus atque interitus, & hæc propriè, ac per se materia dicitur, materia etiam vocatur quicquid alicui mutationi subiicitur. At non propriè materia dicitur hoc sensu res quæ permutatur secundum affectiones, seu qualitates, materia tamen earum affectionum vocatur. Sed prior materia, materia prima appellatur, altera vero secunda materia dicitur, & solum dicitur materia quia subiectum est, quemadmodum ipsa secundum qualitatem commutatio generatio quædam vocatur: epilogum statim facit, inquit.

AC generatio quidem & interitus sint, non sint, & quomodo sint. Item & alteratio, hæcenus differuimus.

EX his quæ Arist. tractat præsentis cap. licet intelligere quid sit ortus & interitus, atque alteratio: similiter etiã quid inter id gen^o cum mutationes inter sit: his enim Arist. minimè assignauit finitionem: sed quo pacto efficiantur exposuit, vnde non difficile accipi possit definitio, hoc pacto: alteratio, est permutatio qualitatis manente eodem subiecto sensibili. In qua quidem de finitione progenere ponitur permutatio, est enim amplius nomen quam alteratio, cætera differentiarum rationem habent: in primis qualitatis permutatio est, non quantitatis, aut loci, aut cuiuspiam alterius rei: quo nomine plurimum differt ab accretione quæ contingit secundum quantitatem, & à latione quæ fit secundum locum, atque etiam à cæteris mutationibus. Deinde cū dicimus fieri alterationem manente eodem subiecto: alterationem distinguimus ab ortu, in quo non manet idem subiectum sensibile: hoc est constitutum ex materia atque forma. Nã istud appellamus sensibile subiectum quod autem in qualitate tantum contingat alteratio Arist. scribit cap. de motu in categorijs. Item etiã lib. 5. de phys. auscult. cap. 2. interdum autem versatur alteratio in contrarijs qualitatibus vt in ægro, & sano: musico atque inmusico

Al teratio.

quod cap. 3. lib. 8. de phys. auscult. scribit Arist. his verbis, ea mutatio quæ ad contrarium transitio alteratio est, & cap. 7. lib. eiusdem aliquando vero in medijs qualitatibus versatur vt lib. 5. phys. scriptum est. Hoc refert Arist. cap. 5. lib. 2. de anima. & cap. 2. & 3. lib. 7. physicorum duplex tamen est alteratio, vt id etiam obiter admeam vna propria altera translatiua, & vniuersa quidem alteratio versatur in qualitate, cæterum propria alteratio solum contingit secundum qualitates quæ ad tertiam pertinent speciem quod genus sint passiones & patibiles qualitates, autor est Ari. cap. 2. & 3. lib. 7. de phys. auscult. & quæ huiusmodi est alteratio rem deducit ad interitum. Translatiua vero alteratio contingit secundum alia genera qualitatum, & reminime deducit ad interitum. Sed perficit illam potius atque absoluit: talis est illuminatio & Arist. in præsentia priorem definit quod inde maximè constare possit, quia inquit, rem vnamquamquam tunc alterari, cū mutatur secundum suos affectus quæ alteratio in contrarijs versatur vt exemplis Arist. possit constare. Verum contra istam sententiam sic obijcio, sit alteratio de qua in præsentia loquimur in qualitatibus vnijs quæ non pertinent ad tertiam speciem: quare assertio falsa est: antequam probem illis exemplis quibus præsentis cap. Arist. vtitur sanitate inquam & egritudine rursum musica & musica ignorantia, rotundo & angulari, quæ ad primam, aut quartam speciem qualitatis referunt, cum sint habitus quidam, aut figura: dicendum est alterationem veram primò, & per se versari in passionibus, & patibilibus qualitatibus, quæ pertinent ad tertiam speciem: siquidem terminus alterationis, atque etiam initium, qualitas est tertiæ speciei, ex accidenti vero versatur in qualitatibus cæteris quarum exemplo vtitur Arist. præsentis loco. Nam qualitates primæ, aut quartæ speciei comparantur per medias qualitates illas quæ ad tertiã speciem pertinent atque ideo harum qualitatum exemplo vsus est Arist. & pro alijs alias vsurpat. Exemplo verò qualitatem tertiæ speciei nullo pacto vtitur hoc loco: quoniam aperte constat secundum illas qualitates alterationem fieri. Secundum qualitates vero speciei secundæ, cuiusmodi sunt naturalis potentia vel impotentia nullo modo, neque per se neque per accidens fit transmutatio, eum insint nobis natura: & ob eam rem earum exemplo vti noluit Arist. sed solum illarum secundum quas non aperte constat

Duplex alteratio.

Propria alteratio.

Obiectio.

Soluitur.

Cur his exemplis vti sit Arist.

contin-

contingere alterationē, contingit tamen aliquo modo. Hæc de alteratione dixisse sufficiat: contendamus ad definitionem generationis.

Vtrum aliqua forma substantialis eadē maneat in re genita quæ fuerat prius in re illa quæ corrupta est.

Generatio quid sit.

Generationis finitio hac ratione constitui potest, generatio est permutatio huius totius in totum nullo sensibili subiecto manente eodem. Quæ quidem ortus naturam explanat, atque eundem distinguit à cæteris mutationibus: vt rem contemplanti facile constare possit. Hinc licet colligere discrimen ortus & commutationis. Differunt primum omnium ex parte termini à quo: quoniam terminus à quo alteratio incipit est ens actione, subiectum inquam constitutum ex materia atque forma. Terminus vero à quo incipit ortus est ens potestate, nempe materia prima. Quandoquidem nihil manet idē sub utroque termino generationis. Deinde differunt ratione termini ad quem est transmutatio, quoniam terminus ad quem est alteratio qualitas est: & non quæuis, vt diximus, sed quæ pertinet ad tertiam speciem qualitatis. Terminus verò ad quem est ortus substantia est, quæ per transmutationē efficitur. Postremo distinguuntur, quia omne ortum antecedit alteratio, nā disponitur materia ad suscipiendum formā, at vero non est necessarium vt ortus antecedit commutationem. Existit autē hoc loco quæstio quamobrem Arist. in præsentia aerem faciat frigidum, quæ calidū & humidum esse aperte demonstrat lib. 2. Dicendum est Arist. in præsentia sequutum fuisse vulgi sententiā.

Discrimen ortus, & commutationis.

1.

Quoniam nondum ad eū locum peruenit, in quo exacte, & secundum normam veritatis rem definit. Vulgus enim hominum, & plerique medicorum exist. mant, aerem naturā frigidum esse, non calidum vt Arist. putat. verum eam rem suo loco idē lib. 2. plenius dicemus.

2.

Secunda quæstio est, cur Arist. asserat, maximè sensibile esse quod percipitur tactu, id genus est terra. Dicendum est magis sensibile vocari ab Arist. illud quod pluribus sensibus percipi potest, quod autem tactu percipitur pluribus alijs sensibus percipitur, atque ideo maximè sensibile dicitur. Deinde maximè sensibile dicitur quod sentitur sensu tactus, quoniam is sensus crassior est, cum constet temperamēto quatuor qualitatum primarum, quæ maximè sunt sensibiles.

3.

Cur hoc loco Arist. faciat aerē frigidum.

1. Cur hoc loco Arist. faciat aerē frigidum.

Quoniam nondum ad eū locum peruenit, in quo exacte, & secundum normam veritatis rem definit. Vulgus enim hominum, & plerique medicorum exist. mant, aerem naturā frigidum esse, non calidum vt Arist. putat. verum eam rem suo loco idē lib. 2. plenius dicemus.

2.

Secunda quæstio est, cur Arist. asserat, maximè sensibile esse quod percipitur tactu, id genus est terra. Dicendum est magis sensibile vocari ab Arist. illud quod pluribus sensibus percipi potest, quod autem tactu percipitur pluribus alijs sensibus percipitur, atque ideo maximè sensibile dicitur. Deinde maximè sensibile dicitur quod sentitur sensu tactus, quoniam is sensus crassior est, cum constet temperamēto quatuor qualitatum primarum, quæ maximè sunt sensibiles.

2. Cur dicat maximè sensibile quod percipitur tactu.

1.

Secunda quæstio est, cur Arist. asserat, maximè sensibile esse quod percipitur tactu, id genus est terra. Dicendum est magis sensibile vocari ab Arist. illud quod pluribus sensibus percipi potest, quod autem tactu percipitur pluribus alijs sensibus percipitur, atque ideo maximè sensibile dicitur. Deinde maximè sensibile dicitur quod sentitur sensu tactus, quoniam is sensus crassior est, cum constet temperamēto quatuor qualitatum primarum, quæ maximè sunt sensibiles.

2.

Secunda quæstio est, cur Arist. asserat, maximè sensibile esse quod percipitur tactu, id genus est terra. Dicendum est magis sensibile vocari ab Arist. illud quod pluribus sensibus percipi potest, quod autem tactu percipitur pluribus alijs sensibus percipitur, atque ideo maximè sensibile dicitur. Deinde maximè sensibile dicitur quod sentitur sensu tactus, quoniam is sensus crassior est, cum constet temperamēto quatuor qualitatum primarum, quæ maximè sunt sensibiles.

Quæstio.



Is, vt cunq; explanatis, super est quæstio explicanda nobis in præsentia, vtrum aliqua forma substantialis maneat eadem in re genita, & corrupta, vulgo autem inquiritur, vtrum in generatione fiat resolutio vsque ad materiā primam ex parte formarum substantialium. Ortum habet quæstio ex verbis Arist. asserentis, in generatione non manere aliquod subiectum sensibile idē, sed omnino permutari. Et quidem videtur q̄ peracta generatione maneat aliqua forma substantialis eadem, quæ aderat antea quam ortus efficeretur, atq; id deductionē ad impossibile. Etenim si nulla maneret forma substantialis, materia prima aliquando omni forma esset destituta, quod est impossibile: esset enim, atque nō esset simul. cum enim maneat est, & cum forma vacet quæ est eius actus, non est. Quod autem sequatur, hinc constat: nam neque formā habet rei genitæ, cum ea non dum genita sit, neque rei corruptæ, cum sit iam corrupta. Et efficitur generatio (vt diximus) ex ente potestate, non ex ente actione quare manet sub utroque extremo transmutationis aliqua forma substantialis eadem.

Quibus verbis quæstio adduci vulgo solet.

Vnde ortū habeat.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Secunda ratio homine mortuo manet eadem forma substantialis ossis, & reliquarū partium: ergo non fit resolutio vsque ad materiā primam.

Tertia ratio, in hominis formatione primū adest vegetatiua forma, deinde sensitiua, postremo rationalis: siquidem homo primū viuit vitam plantæ, deinde vitam animalis, postremo vitam hominis: ergo cum fit animal explantæ, & ex animali homo, seruantur cæteræ formæ: nihil est enim à quo corrupti possint, quare aliqua forma substantialis manet eadem ante generationem: atque etiam peracta generatione.

His tamen rationibus nō obstantibus iuxta sententiā Arist. statuo hanc assertionē. Nulla forma substantialis manet eadem ante generationem, & eadem peracta. Primum probatur argumento sumpto ab ortus definitione. Cū enim ortus sit transmutatio totius in totū nullo sensibili, vt subiecto, manente eodem, dubitari non debet quin aboletur.

Assertio, quæ quæstioni propositæ satisfacta.

Prima ratio ad assertionem.

leatur

COMMENTARIUS.

leatur omnis forma substantialis, vbi quidpiam corrumpitur alias idem maneret subiectū sensibile sub utroq; extremo trāsmutationis. Deinde probatur à simili hoc modo: non manet eadem forma accidentaria, ergo neque substantialis: probo cōsequentia, nam antecedens verum esse monstratū est à nobis prox. cap. quæstione secunda. Etenim si maneret forma eadem substantialis, maneret idem subiectum accidentium, quare eadem etiam accidentia, nam p̄ se q; per accidens tantum corrumpūtur: corrupto inquam subiecto. Postremo si cum quidpiam generatur, maneret prior forma substantialis, ortus non efficeret ex ente potestate, nepe ex materia prima, sed potius ex ente actione, per formam substantialem: hoc autem pugnat aperte cum natura atque ingenio generationis, ergo nulla manet substantialis forma ante generationem, atque eadē perfecta, & iuxta istam sententiam defendi non potest, neque vera putari opinio eorū qui formas elementorum inquirunt, manere in re mixta.

Super est vt rationes in contrariam partem adductas diluamus, ita enim disputatio suscepta plenior atque perfectior erit. Primum omnium minime colligitur primo argumēto materiam existere sine forma, imo vero quāprimum materia priorem formam abiicit, alteram recipit, idem enim instans principium est accidentis formæ, & finis eius quæ recessit: quare nunquā materia existit sine forma. Vt secundam rationem diluamus, meminisse necesse est, varias esse philosophorum opiniones de eare, vtrum forma partium diuersa sit à forma totius, an eadem potius. Nam medici putant diuersam esse formā v.g. ovis nerui, manus pedis, & denique partium cæterarum, à forma totius hominis, aut animalis totius. Eam inter cæteros amplexus est Auerroes cōment in lib. primum phys. & in 12. lib. de prima philosophia, quo loco quæstionem tractat copiose admodū Augustin⁹ nymphus, & conatur pro viribus ostendere veram esse sententiam Auerrois hac parte. Rationes vero quibus in eam sententiam adducuntur ij auctores paucis à me attingendæ sunt, & leuiter explicandæ: vna est, quoniā si abscindam⁹ à manu digitum, & rursus eundem manū jungamus, coalescit, & viuitt. Hoc verò nullo pacto contingere possit nisi digito insit peculiaris quædam forma diuersa à forma totius.

Secunda ratio, quæ differunt specie differunt forma substantiali: partes animalis, præsertim dissimilares specie differunt, ergo & forma substantiali, quare diuersam habent partes ipsæ formam à forma totius. Discursus legitimus est, vt plane constat & maior manifesta, cū species à forma sumatur: minorē probo, quia partes dissimilares finitione differunt: habent enim definitionem diuersam, ergo & formam substantialem.

Tertia ratio, vbi sunt diuersa accidentia propria, sunt etiam diuersæ formæ substantiales, quia accidentia propria formam consequuntur propriam, partes vero dissimiles quæ in animali existunt natura sua accidentia exigunt diuersa, nam caro, humorem, os duritiem amat: ergo forma etiam distinguuntur.

Postrema ratio, vbi sunt contrariæ operationes constituendæ sunt formæ diuersæ: nam contrariæ operationes nullo pacto ab eadem forma proficiscuntur, neque eadem est causa contrariorum, sed contrariæ sunt potius causæ, at partium animalis non solū sunt operationes diuersæ, sed etiam contrariæ, nam cerebrum humectat, cor exsiccatur: ergo diuersarum partium sunt formæ substantiales diuersæ: & non est eadem forma totius atque partium, quod probare cupiebamus. nihilominus tamē nostra sententia est, eandem esse formam substantialem totius, & partium omnium. v.g. quæ forma animal efficit, eadem os facit animalis, manū præterea, atque pedem. natura vero sua partes non distinguuntur forma aliqua substantiali, sed accidentaria duntaxat. Hæc ego existimo Arist. esse sententiam cap. 1. lib. 1. de historia animalium: quam diuus Thomas amplectitur. Hæc sententia persuadetur ali quot rationibus & argumentis, vnum est quia Arist. testatur partes hominis mortui & viuentis non esse easdem sed æquiuocè dici, ergo nō habent peculiarem aliquam formam diuersam à forma totius, alias vniocè diceretur: nā seruaret semp propriā formā Quod autē æquiuocè dicant docet Aristot. plurimis locis cap. enim. 5. lib. huius carnem, ait æquiuocè dici de carne mortui hominis, atque viuentis cap. 7. lib. 4. meteorol. inquit, æquiuocè manum dici, atque etiam tibiam de manu & tibia viuentis hominis, & vita functi: septimo lib. de prima philosophia digitus abscissus & manus coniunctus non eadem ratione digitus appellatur.

Deinde ratione, etiam probatur sententia hoc

Secunda ratio.

3.

4.

Notra de hac quæstione sententia.

1.

2.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Formæ elementorum non manet in re mixta iuxta istam sententiam.

Diluuntur rationes in contrariā partem.

I.

An forma partium diuersa sit à forma totius.

Primo opinio Auerrois.

Prima ratio.

tia hoc modo: forma perfectior virtute continet formam illam quæ minus perfecta est, & ea præsentia superuacaneæ sunt inferiores formæ: atque minus perfectæ. forma vero totius est perfectior forma partium singularum, sicut totum est præstantius quàm singulæ partes, ergo præsentia forma totius nõ oportet adesse peculiarem aliquam partium formam: quare neque adest.

3. Tertia deductione ad absurdum persuadetur opinio: quia forma totius substantiæ, nõ substantia, sed accidens erit: nam aduenit rei habenti formam, partibus videlicet, quæ suas peculiare que formas habent.

4. Quarta si singulæ partes propriam habent formam ex eisdem nulla ratione totum effici poterit: nam ex duobus existentibus actione nõ fit vnum perfectum: sed ex altero quod existat actione, altero vero potestate, lib. 7. de prima philosophia.

5. Postremò terminus mutationis anima est lib. 2. de anima, cap. 4. forma autem carnis est terminus mutationis, ergo anima est forma carnis, & non alia forma peculiaris. Quare partes non habent peculiarem formam, diuersam à forma totius, sed eandem potius: distinguuntur verò inter se penes diuersa temperamenta, quæ sunt partium ipsarum accidentia: his ita que argumentis vera esse videtur nostra assertio, nunc verò in contrariam partem adductas rationes soluamus.

Qua ratio
ne euidẽ
totius par
tes distin
guantur.

Soluuntur
argumẽta
in contra
rium.

1. Primum cum de digito abscisso sermo est oportet distinctionem adhibere. Etenim si sit omnino diuulsi a ceteris partibus nulla ratione coalescere potest, quod argumento est non inesse digito suam propriamque animam. Verum cum nondum separatus digitus a manu est, coalescere rursus potest, quia nondum ab eo forma totius, id est anima discessit.

2. Ad secundam rationem dicendum est, partibus singulis non diuersas finitiones adhiberi, sed descriptiones. Illæ vero nõ explicat formam substantialem rei, sed diuersum temperamentum aut finem diuersum, cuius gratia partes effectæ sint, sunt enim huiusmodi partes velut instrumenta.

3. Similiter ad tertiam rationem dicendum est, ipsa accidentia propria partium singularum non iudicare formas diuersas, sed temperaturas, a quibus orta sunt.

4. Postrema ratio soluitur, quia nihil prohibet idem esse causam contrariorum, diuersa ratione, & diuersis velut instrumentis, exemplo solis res constare possit, qui soluit ceram

cogit lutum, idem autem in quantum idem, atque eadem ratione omnino idem perpetuò natum est efficere cap. penultimo. lib. 2. de ortu.

Reliquum est iam ut tertiam rationem diluamus cuius mentionem fecimus initio huius disputationis. Sed quoniam illa nõ exacte solui potest nisi prius definiamus verum in eodem homine actu existant plures animæ, operæpretium erit hoc loco quæstionem istam tractare.

Secunda quæstio.



Trum in eodem homine existant plures animæ an potius vna duntaxat, rationalis videlicet, quæ vegetalis animæ, atque sensitiuæ munere, & officio fungatur, quæ enim in diuersis, diuersæ sint tres istæ animæ dubium sanè non est: cum in plantis adsit vegetalis anima sine sensitiua, & rationali. In hac quæstione multæ atque variæ sententiæ fuerunt antiquis etiam temporibus: Etenim Plato ut refert Arist. lib. 1. de anima cap. ultimo. & 2. cap. 2. autor est, in homine tres animas adesse, vegetalem, sensitiuam & rationalem, substantia, loco, atque organo diuersas. Vegetalis in hepate collocatur sensitiua, quæ concupiscibilis vis appellatur, in corde constituitur. Intellectiua, quæ & ratio vocatur, tanquam regina in arce, in capite ponitur. Hanc tamen sententiã Arist. refellit loco citato, exemplo insectorum. Ut superuacaneum sit in præsentia rem eandem dicere, atque tractare.

In diuersis
proculdu
bio diuer
sæ sunt.

Platonis
sententiæ.

Refellit
ab Aristote
le.

Arist. tamen sententiã in hac quæstione ca est, in homine solum adesse vnicam animam, quæ rationis competere vocamus: quæ cum adest defungitur munere atque officio triplicis animæ: vegetalis inquam sensitiuæ, & suo. Quam etiam sententiã enarratores Arist. greci inquam homines, defendunt, & nos eandem veram esse censemus. Hanc assertionem multis argumentis possumus confirmare. Primum ita colligitur. Illæ formæ in eadem re simul esse non possunt, quarum vna virtute continet, alteram: nam redundant minus perfectæ animæ, ubi perfecta suppetit. Anima verò rationalis virtute continet vegetalem, & sensitiuam animam: est enim principium omnium operationum quæ ab alijs duabus formis natura præscuntur, medijs diuer

Opinione
Arist. in ho
mine solũ
adest vni
ca anima.

sis im-

COMMENTARIUS.

lis instrumentis, & per potentias diuerfas, ergo in homine solum existit vnica anima, rationalis videlicet.

Secūda. Secundò idem probò deductione ad absurdum. Iam enim accidere posset vt mortuus homo viueret: si postquã discessit anima rationalis, restat anima vegetalis, atque sensitiua.

Tertia. Tertio, iam homo nõ esset vnum ens simpliciter atque perse si constat triplici anima. Siquidem vnum quodq; a sua forma habet vt sit ens simpliciter, atq; ad hoc absurdũ ducit Arist. lib. 1. de anima Platonẽ præceptorem suum, qui statuebat in homine tres partes animæ: nihil enim erit quod possit illas continere, atque vnum ex eisdem efficere. vt Themistius interpretatur. Hanc etiam sententiam, præter diuum Thomam, multis locis defendit diuus Augustinus lib. de quantitate animæ, & de ecclesiasticis dogmatib; animæ enim perinde inter se comparantur vt figuræ, ergo vt vna figura aliam continet quadrangulum in quã continet triangulum, sic posterius quæ accedit anima priorem in se continet. Et anima rationalis, vt diximus per facultates diuerfas, operationes diuerfas habet.

Satis fitõ
trariæ opi-
nioni.
Satisfaciamus iã dubitationi initio propositæ aduersus istam sententiã. Videtur n. triplex inesse anima homini cum Arist. dicat hominem primum omnium viuere vitã plantæ, deinde animalis, postremo hominis. nisi enim tres animas habeat non poterit sane triplicem vitam viuere, multa quidem dici solent vulgo: vt quæstioni huic satisfi. t, sed omnia de facultati atq; obscuritatis plena esse videntur. Quare nobis ita placet, nõ quam sectum nuttiri, aut sentire, nisi cum adest anima rationalis. Vna ergo semper in est fœtui anima, rationalis videlicet: quæ interdum vegetalis creditur, quia opera tantum exercet animæ vegetalis, siquidem ea fœtus nutritur, interdum sensitiua, quia exercet operationes animæ sensilis. Vnde fit vt neque sit necessarium in homine constituere simul tres animas neq; etiã successione quadam, quæ dissipentur accedente meliori: hanc si seruemus formam respondendi compedio multa fugiemus incommoda, quãquam illa etiam ratione responderi quæstioni potest, initio re vera adeste animam vegetalem: illam vero cum accedit sensitiua, potentiã effici animæ sensilis, & non omnino corrumpi: idem accidit sensili animæ cum rationalis aduenit quare in homine ve-

Nostra sen-
tentiã ar-
gumentũ
soluitur.

Vna semp
anima in
homine.

Altera rel
pondendi
rat.

getatiuũ & sensitiuum potentiæ sunt animæ compotis rationis, atque etiam hominis ipsius: non sunt autem eius animæ.

Verum contra sententiam istam sunt aliquot rationes. Vna est, anima sensilis corrumpi potest, rationalis vero nõ potest corrumpi, ergo anima rationalis nõ potest esse sensilis, neq; eius villo pacto defungi mune re. Dices in homine anima vegetalis & sensilis quia re idem sunt cum anima rationali, tamen si ratione differant, corrumpi nequaquam possunt, sicut neq; rationalis. Sed obijcies rursus, corruptibile, atq; incorruptibile non solum genere differunt, sed etiã plusquam genere lib. 10. de prima philosophia, atque anima sensilis in leone corrumpi potest, in homine vero corrumpi non potest, ergo differunt plusquã genere. Hoc autem plane falsum est, nam quemadmodum homo & leo eodem genere animalis comprehenduntur, sic anima sensitiua quæ in homine est, & quæ in leone ad idem genus referuntur, atque ex consequenti vtraque corrumpi potest. Dicendum est, animam sensilẽ vt sensilis est, nullo modo esse incorruptibile sed potius corrumpi posse, et vero qua ratione eadem est cum intellectiua, aut rationali incorruptibilis esse dicitur.

Obijcies iterũ, Socrates alio viuere vt planta, alio vt animal, alio vt homo, principium autẽ vitæ anima est, ergo homo triplici anima præditus est vegetali, sensili, atque rationali. Dicendum est non oportere vt alio homo viuat, alio sentiat. eadem enim anima, diuersis facultatib; prædita hæc omnia munia obire potest.

Postremo si obijciat quispiã, infusio animæ compotis rationis opus habet dispositione partium, vt organa efficiantur, cum sit actus corporis phisici, atque organici, atque, vt id fiat necessaria est alia anima virtute cuius extendantur membra, siquidem organizatione, vt ita loquar, est diuersitas partium figura, atque situ diuersarum: quare nõ existit in homine sola anima rationalis. Dicendũ est ipsam dispositionem quodammodo priorem esse anima rationali, & quodam modo posteriorem. Est sanè prior, si genus causæ materialis consideres, quia materia vt materia est prior est: forma vero ipsa simpliciter & secundum naturam. Alio tamen genere dispositionem & distensionem membrorum antecedit, neque oportet vt alia anima præcedat virtute cuius id fiat, sed satis est calor naturalis existens in semine vt membra di-

Impugnatur opinio

Soluitur.

Dilutio

Vergetur.

Reicitur

Obiectio.

Soluitur

bra distinguat, & accommodata reddat formam suscipiendæ. Hæc igitur dixisse sufficiat ut superiores duæ quæstiones explicentur, nunc contendamus ad explanationem cap. 5. quod multas sane atq; illas omnes admodum difficiles quæstiones habet.

Argumentum cap. 5.

Differuit hætenus Arist. de ortu, & alteratione, & quo pacto distinguantur inter se docuit, præsentem vero causam de accretione verba facit, atque demonstrat qua ratione illa efficiatur: in super illam ab ortu & cæteris mutationibus distinguit, ut de generatione suscepta disputatio omnibus suis numeris absoluta sit.

Cap. 5.

Supereft, ut de auctione disputemus, quid huic interit, ac generationi, alterationi q; & augetur quod que quomodo augeatur, decrefcetum imminuatur. Ac in primis illud dispicere est operæ pretium vtrum ipsorum discrimen in eo tantum positum sit, circa quod versantur? ut sit verbi causa generatio, huius in illud mutatio, velut ex facultate substantia, in actu substantia. Auctio autem & imminutio, quæ circa magnitudinem efficitur. Alteratio, quæ circa affectionem. Est autem vtraque dictorum mutatio ex ijs, quæ facultate, sunt ad actum.

De accretione, & diminutione

Quas quæstiones excipiat Aristot.

More suo capituli initio ea commemorat de quibus disputaturus est præsentem cap. acturus est igitur post hæc de accretione & diminutione: quæ quidem mutationes in quantitate versantur de his vero mutationibus hæc quæstiones excipiendæ sunt, atq; tractandæ in presentia. Primum quo pacto illæ ab ortu & alteratione differant: deinde qua ratione augeri soleant quæ augetur, & quæ imminuuntur, imminui. Verum ut prioræ quæstionæ accuratius explanet, admonet nos, in primis considerare oportere, vtrum accretio differat ab

ortu, & computatione vno tantum modo, an potius pluribus. Ut quæstionem propositam facilius intelligamus res aperienda est artium exemplo: siquid ars naturam imitatur quoad eius fieri potest: artium igitur quæ in faciendis occupantur, triplex est genus. Quædam sola materia differunt, forma conveniunt: ut ars fabrilis, & quæ ex auro rem facit. Vtraque enim ars annulos facit, armillas, atque id genus alia, sed fabrilis vel in ligno vel in ferro occupatur, altera vero ars in auro occupatur. Sunt alia quæ forma differant, materia conveniunt: ut ars conficiendi navem, & ars conficiendi effedum, aut currum: vtraque enim ars in eisdem rebus versatur, nêpe in lignis: verum res quas efficiunt formam diversam habent, alia est enim currus a via navis forma. Sunt denique artes alia quæ vtroque nomine discrepant, rebus in quibus subiectis, & forma: ut medicina, & nauticaria: quæ amicus igitur hoc loco vtrum propositæ mutationes materia tantum diversæ sint, an forma tantum, an forma simul atq; materia.

Quæstionem absoluit Arist. atq; ait, commemorata: ut mutationum genera materia atq; forma differre: quia materia differunt illo argumento colligitur, quod in diversis supremis generibus reperiantur. Nã generatio in substantia est, accretio in quantitate: alteratio in qualitate. Et hoc quidem primum discrimen est. Deinde forma etiam discrepant quoniam generatio placet substantia: alteratio variat qualitatem partibilem, accretio maiorem ad se habet quantitatem, latius mutat locum. Omnes tamen mutationes illud habent commune quod deducuntur de potentia ad actum rem illam quam commutat: quod considerandi rem ipsam vel leuiter, collare facile possit.

An in modo etiam mutationis discrimen existat? Nã quod alteratur, non ex necessitate locum mutare videtur. Sed ne id quidem, quod generatur. At quod augetur, aut vicissim minuitur, id locum mutat, quantum aliter atq; id, quod fertur. Nã quod fertur totum mutat locum: quod vero augetur, perinde mutat locum, atq; id quod dilatatur. Cuius partes in ipso consistente, locum mutant, non tamen ut globi partes, quæ toto globo manente, in loco pari versantur. Cum augetur partes in maiorem explicetur, decrefcet

Quomodo ab ortu differat accretio & computatione

Triplex artium genus quæ occupatur in faciendis.

Hæc genera mutationum materia, & forma discrepant.

Quid habeant commune omnes mutationes.

COMMENTARIUS.

tis in angustiorē cōtrahātur. Ex quo intelligere licet generationis, alterationis, auctiorisq; mutationē nō ex eo tātū, in quo versantur. Sed ex ipso etiā modo discrimen sortiri.

Mo loco tertium discrimē reddit inter has mutationes: illud ex modo sumitur, quo illa efficiūtur. Etenim necessarium non est vt id quod alteratur, generatur, aut corrūpitur locū mutet: vt aperte constat. Certe rū quod accrescit, vel imminuitur necessario locū mutare debet: licet alio modo locum mutet, quā illū mutare solet, quod desertur: nā quod augetur, non omnino locū deserit, quem occupabat prius. Id exemplo plātārū constat cum augentur: quod vero desertur

Obiectio. mutat omnino locum: quare motus accretionis diuersus est à latone, Diluit tamē obiectioem his verbis, cuius partes ipso consistente locum mutant &c. Possit quispiam dicere accretionem non esse diuersam omnino à latone nā tamen si à motu recto diuersa sit, quo motu quod mouetur omnino loco abiolu ē, illūq; deserit, certe à motu circulari, qualis est globi mot^o diuersa esse minime vidēt: cū id ipsū locū nō deserat vnquā vt exemplo motus celi licet deprehendere. Respondet Arist. etiam esse diuersam accretionem à motu circulari, quoniam quod augetur licet non deserat locum minus interdū spitiū occupat. Quod imminuitur, min^o quā ante accretionē, aut imminutionem: ceterum quod in orbem agit, perpetuo idē occupat spitiū. Epilogū deinde facit Arist. eorum quæ dixerat (cum ait) ex quo intelligere licet, &c. Hoc tamen loco duæ existūt quæstiones: vna est qua ratione verum sit quod Arist. inquit in præsentia, neque ad alterationem neque ad ortū, neq; similiter ad accretionē necessariū esse motū secundū locū si verū est quod idē scribit Arist. 8. lib. de phys. caus. c. 7. motū locale esse primum omnium motū, atq; ideo ceteros omnes dignitate, natura, & tēpore antecedere. Dicēdū est hæc duo loca Arist. minime pugnare secū. nā 8. lib. de phys. caus. nō ait Arist. qd nō possit ortus, aut alteratio, aut alius motus effici sine latone: sed qd is motus natura atq; tēpore sit prior reliquis motibus, ita vt nō possit generari. l. alterari. l. alio motu res quæpiā moueri nisi antecesserit motus secundū locum. Hoc vero loco Arist. ait non oportere vt cum quidpiam alteratur

Prima obiectio aduersus Arist. soluitur.

Soluitur.

aut nascitur, moueatur loco.

Sed obijciat quispiam, istam sententiā ad huc esse falsam: nam necesse est aliquando mutare locum quod gignitur, quia si elementa gignantur extra suas sedes, necessario postquam genita fuerint, moueri debēt in sua loca: quoniam extra illa manere non possunt, nisi vi detineantur. Dicendum aliquando ita accidere, non esse tamen necessarium vt semper eo modo cōtingat, aut per se necessariū non esse, ex accidenti vero contingit interdū vt quod gignitur statim postquā genitum est transferatur loco, quod exemplo posito constat. Accidit. n. vt elementū efficeretur extra proprium locum quod natura sua in proprio loco gignitur. Per se vero necessariū nō est, alioqui omne quod generat deberet statim mutare locū. Quare vera est omnino, proposita hoc loco ab Arist. sententiā & recte assignatum discrimen est inter has ipsas transmutationes.

Instatur.

Soluitur.

De hoc vero in quo auctioris imminutionisq; mutatio versatur (Versari autē videtur in magnitudine) illud est cōsiderādū. Vtrum corpus, & magnitudo ex eo generetur, quod facultate est magnitudo, & corp^o actu, nec corpus, nec magnitudo. Et cum hoc dicatur duobus modis, vtro fiat accretio, ex materia ne ipsa, p ipsam separata, an ex eadem in alio existētē corpore. An neutro id modo fieri possit? Nam si fuerit separabilis, vel nullū occupabit locū: vel quasi pūctus, aut vacuū erit, aut certe corpus quod sensum effugiat. Sed horū alterū fieri nō potest, alterū vt in aliquo habeat, est necesse. Nā cū sit aliquo in loco futurū id, quod ex eo efficiē, ipsum quoq; in loco esse necesse est, vel p se, vel ex accidenti. Ceterū si in aliquo inesse debet, siquidē ita separatū sit, ne vel p se illius quidquā sit, vel ex accidenti, multa quæ fieri non possunt, euenient. vt si fiat exempli gratia aer ex aqua, nō fiet aqua trās mutata. Sed quia ipsius materia in aqua velut in vase continetur. Cum nihil obstat, quo minus materia sine

infinito

infinite, ac proinde actu efficiatur. Præterea nõ sic aer ex aqua fieri creditur, quasi manente aqua, ipse progrediat. Itaq; fatius est, materiã cunctis separatã efficere, vt eadẽ sit, & vna numero, ratione vero non vna. Sed nec puncta, nec lineas materiã corporis ponere cõuenit, ob easdẽ causas. Sed illud, cuius hæc extrema sunt, materia est, quæ sine affectione esse nequit, nõ magis, quã sine forma.

non occupet locũ, non reddat molem maiorem: etiã si infinita puncta simul constituantur: neq; tandem fieri potest vt materia accretionis, sit corpus potentia, quod sensum effugiat, et sola intelligentia percipiatur. Nã cum illud quod augetur, necessario sit in loco, necesse est etiã vt id, ex quo augetur, existat in loco: vel perse vel ex accidente: atqui hoc accidere impossibile est: nam si habeat locũ perse, erit corpus actione, & sub sensum cadet, quoniã in loco nihil est perse nisi quod corpus sensibile est: si vero per accidens locum habeat huiusmodi corpus ex quo accretio efficitur, erit materia vacans formã: illa etenim dicitur per accidens esse in loco, quia est in loco ratione alterius: nepe corporis ratione in quo ipsa materia existat: ut vero informis materia subiectum est ortus, nõ accretionis. Si dicat quispiam, materiam accretionis esse quidem corpus potentia: non autem actione: sed in alio esse corpore, ita vt ipsius corporis nihil sit, neq; perse, neque per accidens: hanc ipsam sententiam nulla absurda cõsequenter, vt si cũ ex aqua fit aer non transmutatur ipsa aqua, sed materia aeris, quæ cõtinetur in aqua tanquã in vase ad actũ deducitur: hac. n. ratione accidere posset vt essent infinite materiæ in corporibus aliquibus quæ aliquãdo ad actũ possent deduci, vnde fieret aliquando, vt essent actione corpora infinita, quo nihil potest fingi magis absurdũ: vt. 3. lib. de phys. auscult. & lib. 1. de cælo monstratum est ab Arist. imo verò cum aer fit ex aqua tota aquæ natura corrumpitur, & accipitur noua aeris species, & non seceratur aer ex aqua: quare nemo dixerit, materiã aeris contineri ab aqua, sed aquã esse materiã aeris. Similiter sentiendũ nobis est de materia augmentationis, illa. n. ab aqua nõ cõtinetur, si plãte crescant aqua sumpta, sed potius ipsa aqua est materia qua plantæ crescant: aqua enim materia plantarum dicitur, quæ ratione plantas alit, atque easdem in ampliorem deducit molem. Quare ex his omnibus colligitur materiam augmentationis non esse aliquã rem quæ non possit perse existere: aut quæ dimensione destituatur, vt punctũ, aut lineæ: nam sicut punctum non potest corporis alicuius esse materia, sic neque lineæ, neque superficies quæ perse non valent coherere, neque occupat locum. Ex his colligitur falsum esse illorum philosophorum opinionem, qui existimant, corpora generari ex corporis extremis, vt ex planis, aut superficiebus, Quod est

Non corpore potest esse.

Non materia inferiori.

lib. 1. de cælo monstratum est ab Arist.

Corpora generari nõ possunt ex corporis extremis, Quod est

C 2 a nobis

Materiam accretionis inuestigat.

A Signato discrimine inter genera trãsmutationũ Arist. cupiens docere modũ, quo accretio efficitur, primũ omnĩ de materia ex qua fit accretio disseit, vt constituat, vtrũ eodẽ modo res se habeat in accretione, quo in generatione, & alijs mutationib; vtrũ in qua ex potẽtia quãto, fiat accretio, vt generatio illo quod est tale potentia, atq; ita inquit, quid illud sit ex quo accretio efficitur. Quoniã verò planẽ constat magnitudinẽ esse quæ crescere solet, atq; minor, dubiũ esse non potest quin magnitudo ipsa materia sit, atq; subiectũ augmentationis.

Magnitudo est materia augmentatio.

Statim vero alia questio existit, ea est, vtrũ id ex quo fit accretio sit potentia corpus, & magnitudo: actione vero, magnitudine corporeq; vacet: an potius actu magnitudo sit, atque corpus. Post longam vero orationem statuit Arist. hanc assertionẽ: id ex quo fit actio non est solum potentia corpus, sed actio potius corp; est, & magnitudo. Assertionem probat Arist. hæc ratione: quoniã si dicamus id ex quo fit accretio potẽtia tantum esse magnitudinẽ, non actione, necesse est dicamus, id ipsum perse existere, & naturam habere ab alijs separabilem, aut esse in alio corpore: atqui neutrum horum fieri potest: nã si perse existat, & actu sit separatũ, aut punctũ erit, aut inane, aut corpus, quod sensu percipi nõ possit, sed intellectu duntaxat percipiatur: nihil. n. est reliquũ, atqui nihil horum esse potest: in primis inane non est: quoniã nihil est in natura rerũ inane, vt lib. 4. de phys. auscult. monstratum est loquo sermone: neq; punctũ: quia punctũ perse non existit, sed est semp coniectũ cũ corpore: est. n. aliquid corporis, vt ex eius finitione colligitur, nam punctũ est cuius pars nõ est, semp tamẽ habet positionẽ in cõtinuo. Et licet punctũ perse cohereret, nihil pertinet ad augendã magnitudinẽ, quia cũ

id ex quo fit actio est actio corp; nõ potentia.

Non augetur res inani. Neque puncto.

COMMENTARIUS.

à nobis monstratum. Secundo cap. huius lib. & lib. 3. de celo, alijs tamen argumentis. Pùta enim lineæ, atque superficies non sunt materia ex qua corpora efficiantur, sed extrema potius materiæ. Materia vero earum rerum quæ generantur atque accrescunt, neque villo modo sine forma est, neque sine affectionibus, aut qualitatibus re vera, tamen si cogitatione, atq; animæ vi materiã à forma distinguamus. Quæquidẽ sententia si vera est, vera est autẽ vt monstrauius, efficiẽt vt accretionis materia sit actu magnitudo, atque corpus.

Simpliciter ergo (vt alias est à nobis disputatũ) alterũ ex altero generatur, idq; ab aliquo eiusdem speciei vel generis: vt ignis ab igne, vel ab homine homo, aut certe ab actu. Nã durũ à non duro efficitur.

Quæ sit
causa accretionis
efficitrix.

Nondum plenè absoluta quæstione aliã interferit Arist. ea est, quæ sit causa efficitrix accretionis: nã sicuti omne quod fit ex aliquo fit, tanquã ex materia, ita quoq; ab aliquo efficitur tanquam ab efficiẽti causa. Hãc ergo quæstionem attingit superioribus verbis, quam facile quidẽ absoluit, dicẽs fieri ab aliquo quod fit idem genere vel specie, aut saltẽ actu existat. Probat hanc sententiam huiusmodi syllogismo. Omne quod fit, ab aliquo fit quod fit idem specie, aut genere, aut existat actione: ergo & accretio eodẽ modo fit. Nota est cõsequentia, vt cõstat. Antecedens vero persuadetur exemplis subiectis. Homo etenim ab homine efficitur, qui sit cũ altero specie idem: & ignis ab igni: cũ vero durũ à frigido efficit, quod cõtingit sæpe numero, & gelu exẽplo cõstare possit, quod coit frigore, sit durũ ab eodem, secundũ genus: quia frigidũ atq; durũ sub eodem genere ponuntur, nempe sub qualitate: arbores vero sponte natæ efficiuntur ab aliquo actu existente, & vermes qui ex putrefactione gignuntur, virtute inquã caloris solis, quæquidem virtus neque specie, neque genere conuenit cũ rebus effectis: actu tamen existit: semper. n. quod efficit, actu existit, cũ efficit. Hoc autẽ loco oportet meminisse: primũ q̄ Arist. in præsentia nõ explicat specialem causam quæ accretionem efficiat, illa. n. dicenda est paulo inferius, sed causam exponit generalem, atq; cõmunem: nempe simile secundũ speciem aut genus.

A quo fiat
omne
quod fit

Non explicatur
specialis
causa accretionis
hoc loco.

Deinde hinc licet colligere commune illud philosophorum dogma, omne quod fit, a simili efficitur: quo vero pacto simile esse oporteat exposuit Arist. Ea vero sententia nõ simpliciter accipienda est, sed temperamenti aliquot eget. Primum temperamentũ est cum causa efficiens est causa per se, nam cũ quidpiam ex accidenti sit, non est necessarium vt efficiens, & quod fit specie, genere ve conueniant: vt cum dicimus musicus de albat parietem, musica. n. & de albatio neq; specie eandem habent, neq; genus. atqui ex accidenti musicus dealbat: per se vero de albator aut artifex. Secundũ temperamentũ est cum de causa præcipua loquimur. Ratio est quia causam instrumentariã, vt ferram aut dolabram, non oportet eandem esse specie, aut genere cum domo, aut mensa quæ efficiuntur, habenda tantum, ratio est artis qua domus fit, quæ specie ab ea re nõ discrepat quæ arte effecta est, vt est ab arte facta. Tertium temperamentum est, cum de proxima causa loquimur. Nam cum duæ causæ rem efficiunt eandem. v. g. sol atq; homo, non est necessarium vt causa remota nempe sol, specie, vel genere cum homine qui effectus est conueniat, sed satis est, vt proxima causa, nempe homo qui hominem facit specie eadem sit cum re effecta.

Omne
quod fit,
a simili fit.

Explicatio
eius axiomatis,
omne quod fit
ex simili fit

Sed quoniam materia est substantiæ corporeæ, ac proinde talis corporis (nullũ est. n. corp^o cõmune) eadem est magnitudinis, atq; affectionis materia, quæ ratione separari potest, loco nõ pot. Nisi & affectiones separabiles sunt. Ex qua quæstione satis intelligit, accretionẽ nõ eẽ mutationem ex eo, quod facultate magnitudo est, actu nullam obtinet magnitudinẽ. Alioquin cõmune separari valeat: quod fieri nõ posse, supra declarauimus. Iã huiusmodi mutatio nõ esset auctiois propria, sed omnino generationis. Est. n. auctio, præsentis magnitudinis incrementũ, diminutio vero decrementũ. Ita quod augetur aliquã magnitudinẽ habeat oportet: ac p̄inde nihil est necesse, vt accretio ex incorporea magnitudine sit

ne fit, in magnitudinis actū. quod generatio potius esset corporis, quam accretio.

Respondet
Arist. obiectioni,

Respondet tacite obiectioni hoc loco cum enim constituerit accretionē fieri ex eo quod est actū corpus, possit quispiā putare istud corpus ex quo fit accretio idem esse cum materia prima, ex qua simplex ortus efficitur. Respondet philosophus non esse idem istud corpus & primam materiam: quoniam corpus ex quo accretio efficitur materia constat prima: constitutum enim est ex materia & forma: non quod aliquod corpus sit omnibus commune, quod prima atque informi materia constet (omne. n. corp^o est singulare) sed corpus dicitur ipsa materia formis infecta. Materia. n. qua ratione vacat forma vna atque eadē est in substantia, qualitate, quantitate, & reliquis generibus entis: diuersa est tamē ratione ut formā habet, & qualitatibus quibusdam constat: quare secundum rem eadem est materia magnitudinis, & qualitatis, ratione verō diuersa est. Loco autem vtriusque materia non discrepat: alias accidentia sine subiecto existerēt, si alio loco esset materia auctiois nepe magnitudo, alio materia ortus. Hinc colligit Arist. idē quod dixerat prius: non posse inquam fieri ut accretio fiat ex magnitudine potestate. Primum quia accideret ut materia cōmunis esset separabilis ab omnibus alijs rebus: quod (ut monstrauimus) contingere nō potest. Deinde illa mutatio non accretio esset, sed generatio: nam ortus quidē ex eo fit quod actū quidpiam est: aliud verō potentia. Cū. n. aer fit ex aqua, non fit ex materia aeris quæ in aqua continetur, sed ex materia illa quæ prius habuit aquæ formā & quæ deinde accipit formam aeris. Augmentatio verō nihil est aliud quam existentis quantitatis incrementum: imminutio verō existentis quantitatis decrementū. Quare ipsa materia ex qua accretio efficitur corpus actione est: & magnitudinē actū habet: & quod augetur, necesse est habeat actione magnitudinem: cum illa maior efficienda sit auctio.

Nobis ergo quæstionē ab initio velut perstringētibus, dispiciendū magis est, cuius tādē sit augetur & de crescere, quorū causas indagamus.

Eandē rursus quæstionē tractat Arist. quē admodū ipse nos admonet, ut cōstare pos-

sit, quid sit illud quod augetur, atque imminuitur: & præterea quo pacto accretio atque decretio efficiatur: adducit autē initio quædam quæstiones quas paulō inferius soluit, verū ut dubitationes inducat, aliquod accipit hypotheses, quarū vna his verbis cōtinetur.

Eius ergo quod augetur, pars quæque aucta fuisse videtur, quod minuitur, pari ratione minor fuisse facta.

Illa est quod augetur secundum omnes partes augetur, & quod minuitur, secundum omnes partes minuitur. Exemplo res constat: nam cū planta augetur quæuis eius pars augetur trūcus inquam, rami, partes quæ reliquæ: & cū animal augetur eius partes omnes augentur facies, manus, pedes, atque ceteræ. Ratio est quia ut auctor est Arist. cap. i. lib. 5. de phys. auscult. Illud interest inter ea quæ simpliciter atque perse mouentur, & quæ secundū partes mouentur: alia verō minime: sed quæ augentur mouentur simpliciter, atque omnino, ergo augetur secundum omnes partes. Quæ minuitur, similiter minuuntur secundū omnes partes: eadem prorsus ratione inductione etiā manifestum est: si quidem cū homo senio conficitur, proportionem quadam eius partes omnes imminuuntur. Secunda suppositio adfertur his verbis.

Ad hæc aliquo accedente, crescere, & recedente, cōminui.

EA est: accretio fit aliquo extrinsecus accedente, ut cibo accedente. Imminutio verō fit recedente aliquo. Hæc autem suppositio tam aperta est ut neque ratione aliqua, neque vlla alia probatione indigeat. Tertiam suppositionē statuit Paulo inferius, ea est: quod augetur manet idē ante auctioem, & pacto augmentatione. Quod autē tres Arist. statuat hypotheses ex verbis eiusdem planē colligitur: sic. n. ait, postquā recensuit cōmunes istas sententias: quæ quidem tria sunt: vnū est ut augetur magnitudinis quæque pars maior efficiat. Verbi causa carnis pars, si caro forte augetur. Alterum est, ut quidpiam accedat: tertiū ut quod augetur id cōseruetur atque persistat. Postrema quidē hypothesis accipi potest ex cap. 4. lib. 5. de phys. auscult. Etenim cum sit accretio motus vnus atque cōtinuus, necesse est ut idem numero maneat, quod augetur.

Est ergo necesse incorporeo res augetur,

Prima hy.
Quod augetur, secundū omnes partes augetur.

Quæ minuitur, secundū omnes partes minuitur.

Accretio fit, aliquo extrinsecus accedente. Imminutio, recedente. Quod augetur, manet idē ante & post.

Non fit accretio ex magnitudine potestate.

Accretio,

COMMENTARIUS.

gescat, aut corpore. quod si incorporeo, népe separabile fuerit cōmune. At supra dictū est, magnitudinis materiā separari nō posse. Sin aut corpore, duo corpora in eodē erūt loco id est augescens, & augens. quod per inde fieri nequit. Sed nec illud verū est dictū, accretionē perinde fieri, vt cum ex aqua efficitur aer. quia tunc maior moles euadit. Hoc. n. nō erit auctio, sed eius in quod fit mutatio ortus oppositi huius interitus. Auctio vero neutrius. Immo vero vel nullius erit vel certe eius, siquid verbi causa corp^o, vtriusq; hoc est nascēti, & intereunti cōmune adest. Nā neq; aqua neq; aer augetur. Sed altera perit, alter genitus est, corpus augetur, siquid augetur, quāquā ne hoc quidē fieri potest. Quia ratione oportet ea conseruare quę augetur, & decrescētis adfunt. quę quidem tria sunt. Vnū, vt augetur magnitudinis pars quęq; maior efficiatur. verbi causa. Carnis pars, si caro forte augetur. Alterū vt quidpiā accedat. tertiū vt quod augetur, id cōseruetur, atq; p̄sistat. Nā cū simpliciter quidpiā vel nascitur, vel interit, id non p̄sistit. at in alteratione, auctione, vel imminutione, quod augetur, vel alteratur, idē manet. Sed illic affectio, hic magnitudo non eadē manet. Nā si mutatio p̄dicta esset auctio, licet nihilo nec accedente, nec permanēte augeri, aut abscedēte cōminui. & quod augetur permanere. At hoc saluum esse oportuit. Positū est. n. tale quidpiā esse auctioem.

Ex aliorū sentētia arguit.

Syllogismus.

Constituis tribus superioribus suppositionibus adducit Arist. rationem ad probandum non posse accretionē fieri: præter illas quas hætenus exposuimus. ea est, quoniam nihil est omnino ex quo augmentatio effici possit. Ratio sic cōcluditur. Si esset accretio, aut ex corpore efficeretur, aut ex incorporeo, atqui neutro

modo effici potest: ergo accretio non est. **D**iscursus legitimus est: & assumptum planè verum, subsumptum probatur. In primis non potest esse incorporeum id quo accedente fit accretio, & quo recedente, imminutio: primum quia iam aliquid esset in natura rerum. Deinde aliqua materia esset separata à magnitudine: quorum vtrumq; falsum esse monstrauius paulo superius. Licet enim ratione differat magnitudo & materia, neutrum sine altero esse potest. At si materia sit cōiuncta magnitudo, corp^o id erit, non incorporeum. Quare non fit accretio accedente incorporea, neque rursus accedente corpore: alias duo corpora simul erūt in eodē loco, illud inquam quod augetur, & quo res augetur. Deinde cum eius corporis quod augetur quævis pars augetur, illud corpus quod augetur penetrabit omnes partes corporis aucti: corpora verò nō possunt penetrare se, ergo neque potest quidpiā augeri corpore accedente. Respondet deinde obiectioni, aut potius confutat quandam inep tam rationem respondendi: possit quispiam dicere, accretionem, neque fieri accedente incorporeo, neque corpore aliquo: sed perinde accidere, atque accidit, cum aqua in aerem cōuertitur. Quam primum enim aqua conuertitur in aerem maior moles apparct. Respondet ergo Arist. cum sit maior moles aqua conuersa in aerem non fit augmentatio, sed ort^o. hoc probat: nā nihil est quod dicere possimus auctum esse: cum enim vera sit tertia suppositio, quod augetur debet idem p̄sistere, aer vero ante illam mutationem non erat: neque manet aqua peracta mutatione: quare neque aer, neque aqua augetur: sed generatur aer, corrūpitur aqua. Dicit fortasse aliquis, neque aerem auctum esse, neque aquam, sed commune aliquod corpus aeri, atque aquæ. Respondet Arist. hoc accidere non posse, cum nihil aquæ maneat: sed sit vniuersa corrupta: eius vero quod augetur partes omnes manere necesse est: deinde cū solū generet, atq; etiā augetur quod est singulare, corp^o verò illud ambob^o communegenus aliquod sit, quod neq; generari per se, neq; corrūpi potest, neq; etiam existere nisi animi cogitatione: absurdū est putare, quod maneat cōmune aliquod corpus aeri, atque aquæ. Postremo si aquæ in aerem mutatio esset accretio, nulla re accedente auctio fieret, & diminutio nulla re discedente, & quod augetur nō permaneret: quorū vtrūque planè falsum est, & cōtra

Respondet obiectioni.

Occurrit responsioni.

ca quæ

ea quæ accepimus paulo superius, nam in alteratione, accretione, vel imminutione, quod augetur, vel alteratur, idem manet: differunt tamen quia in alteratione variatur qualitas, in accretione verò magnitudo. At quod simpliciter & omnino oritur, aut occidit non manet idem: hæc est ratio quam Arist. adducit ut probet non esse quidpiam ex quo accretio fieri possit, verum istam atque alias superiores rationes ferre ad calcem huius capituli soluit Arist.

Vtrum fiat
semper ac-
cretio ac-
cedente ali-
quo extrin-
secus.

Sed antequam hinc discedamus quaestionem dissoluamus oportet, videtur enim falsum esse quod Arist. scribit in presentia fieri perpetuo auctorem aliquo accedente extrinsecus, & contra sententiam eiusdem cap. 9. lib. 4. de phys. auscult. eo. n. loco sic ait, quemadmodum quod album est, efficiatur magis album nullo extrinsecus accedente candore, ita quoque quod magnum est maius efficiatur, non accedente extrinsecus aliquo: quod aperte contingit, cum quidpiam rarum fit. soluitur quaestio si dicamus, duplicem esse accretionem: unam propriam, alteram translatitiam, atque impropriam: propria autem omnis cuius mentionem facit Arist. in presentia, accedente extrinsecus aliquo efficiatur, nempe cibo, qui in naturam vertitur eius rei quæ augetur. Altera vero efficiatur positis rebus, quibusdam, aut dilatata re quapiam: quod accidit in rarefactione: de qua loquitur Arist. lib. 4. phys. sed ea ad presentem locum minime pertinet, cum vera atque germana accretio non sit, quæ rebus animata præditis conuenit.

Soluitur
quaestio.

Duplex ac-
cretio.

Sed quaerat aliquis quid sit, quod augetur. Vtrum id cui fit accessio, ut tibia, si augetur, ipsa maior efficiatur: cibus, quo augetur, non item. Nam cur non ambo fuerint ad aucta? cum & quod, & quo, maius efficiatur. Ut cum aqua vinum temperatur. Vtrumque; n. similiter amplius fit. An quia substantia manet alterius, id est cibi non manet? Nam & in mixtione quod euincit, id demum temperari dicitur. ut vinum. Nepe quia totum temperamentum vini, non aquæ fungitur munere.

Verrit in dubium Arist. hoc loco, cum ad accretionem duo pertineant, quod apponitur, & id cui apponitur, vtrum augetur quod additur, an potius id cui fit additio. v. g.

si crus augetur crus ipsum tantum maius fiat, an nutrimentum solum, an vtrumque: crus inquam & nutrimentum. Quod autem vtrumque; maius effici videatur argumento probat à simili. Si quidem cum vino aqua additur non vinum tantum, neque aqua duntaxat, sed vinum atque aqua augeri videntur: quia vtrumque mole fit maius. Respondet Arist. illud tantum proprie augeri cui fit additio. Hæc sententia sic probatur: illud augeri dicitur quod persistat: sed substantia eius cui nutrimentum apponitur permanet integra, nutrimentum autem ipsum non permanet, ergo quod aderat, augetur: non augetur autem quod accedit, at nutrimentum ipsum quod apponitur non dicitur augeri, nam per acta accretione non amplius manet. Quoniam vero eius quod miscetur exemplo visus fuerat Arist. eius exempli vim aperit, atque ait, etiam in ipsa rerum mixtione illud quodam modo augeri censendum esse quod manet. v. g. si paulum à quæ vino infundamus ipsum vinum augeri quodammodo dicitur aqua vero cum parum vini plurimæ copię additur: cum verò contingit ut paria sint quæ miscentur, vtrumque ratione quodam augeri dicitur: quoniam vtrumque seruetur, & mole maius redditur. Dixit quodammodo augeri quæ miscentur: quoniam mixtio vera auctio non est, sed potius vnus ortus, alterius interitus: aut vtriusque; interitus, quæ per miscentur si sint æqualia, quia neutrum eorum quæ miscentur cõseruat vires suas, efficiatur autem mediū quoddam, temperamento vtriusque; consistans. Permixtio enim ab accretione diuersa est, quoniam in mixtione non manet eadem forma integra omnino, atque sincera, neque quæuis pars eius quod miscetur redditur maior, sed totum ipsum appositio fit maius. Hinc colligo quod cum aer aeri, aut aqua aquæ additur, non fit accretio, etiã si maiora hæc efficiantur, secundum mole: ratio est quia appositione duntaxat efficiuntur maiora. Deinde colligo quod capilli, vngues, saxa, etiã si maiora fiãt, minime augetur propria accretione: quoniam similiter redduntur maiora appositione rei similis: puta excrementi aut luti.

Eadem est alterationis ratio. Si caro maneat, & substantia, adsitque; aliqua perse affectio, quæ prius non aderat, caro alteratur. Nam quo alteratur, id quandoque; nihil patitur, quandoque; ipsum quoque afficitur.

Quid illud
sit quod
augetur.

Respondet
Arist.

Syllogis-
mus.

Nutrimen-
tum non
augetur.

Quodam
modo au-
getur quæ
miscetur.

Mixtio dif-
fert ab ac-
cretione.

Corollæ-
rium.

COMMENTARIUS.



Vod dixerat de accretione Paulò ante alterationem accommodat Arist. Etenim ut in accretione sunt duo, quod auget, & quod augetur, sic in alteratione est quod alterat, & quod alteratur.

Solū subiectū cuius qualitas commutatur alterari dicitur.

mobrem sicut in augmentatione subiectum solum augetur, nutrimentum verò quod accedit, non augetur sed auget potius, sic in alteratione, solum subiectum cuius qualitas permutatur dicitur alterari: quia illud manet ante alterationem, & ea perfecta. Qualitas non alteratur, quoniam quæ aderat prius dissipatur, & altera aduenit: atque, jī nomini bus alteratio, & accretio conueniunt: differunt tamen quoniam quod alterat, interdum cum alterat non alteratur, interdum vero si multum alteratur cum alterat. v.g. igne quidem calefiunt corpora nostra, ignis vero ipse nihil patitur à corporibus nostris: in balneis verò aer qui nos alterat, à nobis etiam alteratur, vel frigore si frigidus simus, vel calore. At verò quod auget nunquam in augendo augetur: ratio est quia id augetur quod manet idem ante auctorem, atque ea perfecta, ut ostensum est. Sed quod auget, ut cibus corrumptur, quare non manet idem, neque augetur illo modo. Memineris vocabulum illud per se, cum exponit Arist. exemplo alterationem, his verbis: si caro maneat, & substantia, ad sit que aliqua per se affectio quæ prius non aderat, caro alteratur, non usurpari ut in lib. de post. analysi: sed per se est simpliciter, absolutè, & sine respectu villo: ea enim accidentia quæ secundum respectum rei insunt, cum accedunt rei, non alterant eandem. ut dextrum atque sinistrum, sed necesse est, ut fiat alteratio, quæ mutetur qualitas quæ absolutè inest rei: & ea non quæuis, sed quæ ad tertiam speciem qualitatis refertur, ut exposuimus cap. superiori.

Quod auget, nunquam in augendo augetur.

Per se quo sensu accipitur hoc loco.

Alterator vero & motus principium in augescete inest, & eo quod alteratur, quippe in quibus motor habetur.

Præter id quod auget & augetur, alterat atque alteratur, est ad accretionem & alterationem efficiendam necessaria vis quædam, atque facultas efficiendi motum. Quoniam vero non satis apertum est in quo ea vis, atque principium inest, in augescete, an in aucto, in alterante, an in eo quod

Vis augendi in quo inest.

alteratur, re explicat hoc loco Arist. & questionem soluit, dicens, istam augendi, atque alterandi vim, & potentiam in eo esse quod augetur, & alteratur: non in eo quod auget aut alterat: soluit tamè objectionem cum ait.

Nam & ingressus cibus & corpus eo fruens maius effici posset. ut si cibus spiritus efficeretur, sed hoc passum attollitur, nec motor in hoc in est.

Videtur enim quod id quod auget, augetur: & similiter quod augendi facultas atque principium in eo sit, quod auget, non in eo quod augetur: siquidem interdum accidit ut cibus coniectus in stomachum conuertatur in spiritum quandam, & maior mole euadat: quod non continget nisi cibus crescat. Respondet philosophus quod cum cibus versus in spiritum maior euadit, non id accidit, quod auctus sit cibus, sed potius quod sit corruptus: cum enim nutrimenti substantia non maneat, cibus ipse nullo pacto augeri dicendus est, sed corrupti.

Videtur quod facultas augendi in eo sit quod auget.

Respondet.

Obiectio adhuc tamen falsa videtur esse Aristot. sententia, cum ait, principium efficiendi alterationem non esse in re quæ alterat, sed in eo quod alteratur, siquidem omne quod alteratur ab extrinseco videtur alterari. Diuus Thomas ait duplicem esse alterationem, vnam simplicem, ut cum homo calefit, alteram cum respectu, quæ pertinet ad accretionem & quidem in posteriori genere alterationis principium est intra re quæ alteratur ut in homine ad alterandum cibum, quo ali debet, in priori vero non ita contingit, at Arist. de post. loquitur in presentia: dicere etiam licet efficientem causam alterationis duplicem esse, vnam externam, aut extra rem ipsam quæ alteratur. Alteram in re quæ alteratur: hoc maxime licet deprehendere in ea alteratione quæ vel à cibo fit, vel à medicamentis: at qui Arist. meminit hoc loco posterioris. v.g. piper habet vim alterandi, & similiter homo ipse quo editur: calor etenim naturalis piper alterat cum facit actu calidum, & piper similiter alterat hominem. Eodem pacto contingit in cæteris alimentis, atque etiam medicamentis: neque mirari quispiam debet, quod piper postquam calore naturali ad actum perductum est, visque adeo vehementer adurat, etiam si calor quæ accipit ab stomacho, aut ab ore admodum exiguus

Diui Thomæ solutio.

Duplex causa efficiens alterationis.

Occurrit obiectio.

guus

guus sit: & nihil sit, quod possit agere quidpiam præter proprias vires: quod vulgo dicitur ultra gradum suæ perfectionis: ratio est, quoniam tamen calor acceptus exiguus sit, vsque; adeo dispositum est piper natura sua ad concipiendum calorem, ut nullo negotio multum adurat. quemadmodum exigua scintilla, si stupam corripit, ingentem solet ignem excitare. Verum de hac re accuratius multo disputant medici, quorum scripta, qui velint propositam questionem adamussim intelligere, euoluat necesse est, nam nos ad aliam nostro proposito convenientiora properamus.

Medicorum
scripta.

Cæterum quia de his iam satis disputauimus, questionis solutio nobis est inuestiganda, sed ita inuestiganda, ut auctorem saluo augete, & aliquo accedente, ac vicissim imminutionem, aliquo abscedente fieri tueamur. Ad hæc signum quodque sensibile maius minus ve fuisse factum. nec esse corpus inane, nec rursus duas magnitudines in eodem excipi loco. Denique non augete in corporeo.

Multa hæc dixit Arist. quæ proculdubio pertinent ad explanationem propositæ questionis, de ratione efficiendi accretionem: nunquam tamen initio adductam questionem soluit: at hoc loco pollicetur se eam explanaturum, atque etiam difficultates illas soluturum, quarum Paulo superius mentionem intulerat: quis autem modus in eiusdem questionis explanatione tenendus sit, ipse nos docet, in quiens, ea ratione explanandam esse, ut feruentur omnes proprietates quas in omni accretione seruandas esse dixerat, cum primum de hac re sermonem instituit: quas numerat in presentia: vna est, ut permaneat substantia eius rei quæ augetur: altera est, ut auctio fiat aliqua re accedente, imminutio vero de cedente aliquo. Tertia ut nulla sit rei pars etiam tenuissima, modo sensu percipi possit quæ non fiat maior accretione, decretionem, vero minor: rursus tanquam manifesta illa nobis accipienda sunt. Primum non esse corpus aliquod inane, deinde fieri nulla ratione posse ut in eodem simul sint duæ magnitudines: ostendit autem Arist. accretionem fieri accedente re aliqua corporea: neque si id cõ-

Quis modus
tenendus in
questione
explicanda.

Accipit
quædam
accidit ad re.

cedamus, accidere, ut sit quidpiam in natura rerum inane. neque existere simul in eodem corpore duas magnitudines: quæ sanè absurda Paulo superius inferri videbantur si re corporea quidpiam accresceret: atque hæc sunt rationes quas inquit Arist. simul cum principe ipsa questione soluendas esse: soluentur autem facile si diligenter explicetur causa accretionis.

Cuius causa sic est accipienda, ut statuamus primum partes dissimilares idcirco augete, quoniam similes augete. Ex his enim illarum quæque consistit. deinde, carnem, os, & similia partium quæque duplicem esse, ut cæteras singulas, quæ specie habent in materia. Nam materia, & species caro dicitur & os.

UT natura accretionis accuratius explanari possit, duo esse declaranda prius Arist. admonet: vnum est quod cum duo sint partium genera, alia enim partes similes sunt, quæ idem habent nomen, & finitionem cum toto atque inter se: ut caro, neruus, cartilago. Alia dissimiles, quarum partes differant nomine & ratione à toto, atque inter se, ut manus facies, similesque partes. Ergo partes illas quas dissimilares vocamus non augetur primo, sed quia augetur partes similes: manus enim v.g. non augetur quia illi additur manus. neque caput additione capitis, atque in cæteris simili modo, sed quoniam ex partibus similibus constant auctis partibus quibus constant, augetur ipsa dissimilares: ut aucto sanguine carne, osse, & reliquis, manus augeri dicitur, quæ his partibus effecta est, atque constat. Quare non primo augetur partes dissimilares.

Duo partium genera.

Partes dissimilares quæ ratione augetur.

Alterum est: omnes res naturales, ut os, caro, neruus, atque similes cum duobus principijs effectæ sint, atque consent, materia inquam & forma, duobus modis considerari à nobis possunt, vel qua ratione materia habent, vel ut habent formam.

Res naturalis constant bifariam considerantur.

Ergo aliquo accedente, ut qualibet pars secundum speciem augete, fieri potest, secundum materiam non potest intelligendum est. enim quemadmodum si qua mensura metia-

COMMENTARIUS.

ris aquam, hæc semper alia efficiatur, & alia, sic carnis quoque materiam augeri. nec effici cuique parti additionem, sed aliam effluere aliã aduenire. Figurę autē, & speciei cuique particulæ fieri accessionē. Quã quã hoc. i. proportionaliter auferere in dissimilaribus, exempli gratia in manu, magis deprehenditur. quippe in quibus materia ab specie differre magis perspicitur, quam in carne, atque similibus: quare post mortem caro & os persistere magis videtur quã aut manus, aut brachium. quo fit, vt carnis pars quęque quodammodo auferat, alias fecus. Nam secundum speciem cuique fit accessio secundum materiam non item.

Verum se
cundū for
mā an ma
teriã an v
trūq; fiat
accretio.

Materia
pse nō au
getur.
Syllogif
mus.

HOc loco incipit explanare quæstionem propositam Arist. quid inquam illud sit quod accrescit. nam cum res omnes naturales materia atque forma consent, dubitatio existit vtrū illæ secundū formā augeant, an secundū materiã, an potius secundū vtrūq; , formam videlicet atque materiam. Respondet Arist. materia quidē per se non augetur. Hanc suam sententiam veram esse demonstrat sumpto argumento à proprietatibus, & conditionibus accretionis, hoc pacto. Quod augetur permanet idē, at materia in accretione non eadem permanet, ergo non augetur materia. Discursus est legitimus, & maior aperta, vt constat, minor probatur: quoniam materia est in perpetuo fluxu. Secundo eius quod augetur quælibet pars augetur, at materiã non potest augeti quæuis pars, cum non maneat eadem materia, sed diffluat perpetuò, ergo ipsa materia per se non augetur. Tertio probatur eadem sententia, quoniã si per se materia augetur, quæuis eius pars incrementum suscipiet; ergo nutrimentum quo illa augetur permeabit per materiam vniuersam: hoc autē fieri nō potest, quoniam vel erit in corporibus quæ augetur pars aliqua inanis per quã defertur alimentū, vel si nulla pars vacua fuerit, simul in eodē corpore duę magnitudines: ea videlicet quæ aderat prius, & quæ nunc primum admittitur. quæ duo sanē absurda sunt, si absurda (inquit Arist.) appellare licet quæ sunt impossibilia. mate-

ria igitur non augetur, saltem per se.

Neque rursum per se augetur totum ipsum, quod est ex materia atque forma compositum: iam enim materia ipsa quæ per se compositi pars est, simul cum ipso composito augetur: quod euenire nullo modo potest: restat ergo vt dicamus, formam solum augeti per se. quæ species appellatur ab Arist. quoniam ab ea res habet speciem. Hoc aperte constat, primum quia sola forma est quæ manet, hoc est quæ non diffluit, sed persistat eadem ante accretionem, eadē que peracta. Deinde quoniam quęuis pars rei quæ augetur, secundum speciem, atque formam augetur. hæc est de eo quod augetur Arist. sententia. vt autē planius intelligamus formam esse quæ augetur, non materiam, neque compositum accommodatissimo vtitur exemplo Arist. cum ait: intelligendum est enim quemadmodum si qua mensura &c. Unde constare possit solam formam permanere, atque ex consequenti illam augeti tantum fingamus inquit, eadem mensura vt amphora inuitum aquæ nos metiri, non dubium est quin alia temper atque alia sit aqua quæ metimur, cum eadem temper mensura sit, qua humorem metimur, forma igitur rei tantam mensura est. illa vero permanet, tamen si materia fluat. Deinde si intelligamus extendi mensuram illam, maiorem aquæ copiam capiet: si contrahatur, minorem: aqua tamē ipsa non dicetur maior minor ve fuisse effecta, sed solum mensura: ita quoque forma ipsa cum extenditur plus materiæ complectitur, cum contrahitur, minus, nunquam tamē materia augeti, aut minui dicitur: sed solum forma. Verū est igitur quod Arist. asserit formam tantum esse quæ augetur, materiã vero, atque compositum augeti minime. Illud tamen Arist. monet, quod tam in partibus dissimilaribus, quam etiam in similibus ita contingit vt quæuis pars formæ augetur, tamen id longe melius, atque apertius deprehenditur in accretione partium dissimilium quam similibus. Ratio illa est, quoniã partes dissimiles, vt caput, manus, facies, apertiore, magis que manifestam habent differentiam materiæ, atque formæ quã partes similes, os, caro, neruus, atque alia id genus. Huius rei ea est causa, quoniam partes dissimiles in suis formis clariores habent actiones. Manus enim cum augetur aucto corpore, aperte constat auctam esse eius formam, quoniã in manu manifestū est discrimen materiæ atque formæ: non ita contin-

Non auge
tur per se
totū ipsū.

Forma per
se augetur

exemplo
rem expla
nat acco-
modatissi
mo.

Quæuis
pars for-
mę auge-
tur tam in
partibus si
milaribus
quã dissi-
milaribus.

git

git in partibus similibus: in his enim non est admodum aperta materiae atque formae distinctio: sed obscura potius. Hoc ipsum exemplo corporum mortuorum probat: nemo enim, ait Arist. dixerit in cadauere manum adesse, aut oculum: quae sunt partes dissimilares, nisi improprie, quoniam cum cadauer neque oculo cernat, neque manu comprehendat, partes illae manus aut oculi naturam atque de finitione non habent. Similitudine vero oculi & manus adesse dicuntur in cadauere. Quemadmodum in statua partes illas in esse dicere solemus, dicimus tamen in cadauere os, & carnem adesse, & eadem quae in uiuente ob eam igitur rem manifestius deprehenditur quae partes dissimiles, secundum formam augeantur, quam partes similes. Rursum apertius videtur, quod quaeuis particula partis dissimilares augeatur, quam similares. Hae sunt quae ad explicandam sententiam Arist. de eo quod augetur dicenda videbantur.

Quaestio.

Vtrum augmentatio fiat secundum formam an vero secundum materiam.



Atis esse potuerunt quae Arist. nos docuit de ea quaestione, vtrum forma sit quae augeatur, an materia, an potius compositum: praesertim illis adiectis quae in enerratione eius sententiae a nobis adducta sunt: sed quoniam video passim quaestionem istam agitari sole re coniectis in contrariam partem argumentis, neque satis rationes contrarias solui vultgo solere, visum est mihi eandem per se tractare: ob eam maxime rem, vtrationes quae in contrarium adduci consueuerunt, aperte dissoluam. & ambiguitatem, si qua inest in ea re, prorsus adimam. Hoc efficiemus si non omnia sed praeter ceteris difficilia, atque obscura explanauerimus.

Cur quaestioe exerceamus

Nos igitur initio disputationis hanc assertionem statuimus: augmentatio non fit secundum materiam, sed secundum formam. Quod est dicere, in accretione, forma rei est quae augetur per se, & primo, non materia: neque similiter compositum ex materia, atque forma. Vulgus philosophorum non hac forma loquendi de proposita quaestione utitur, sed ait: accretionem fieri secundum par-

tes formales, non secundum materiales: atque ita magnopere digladiantur, ut exponant, quae nam sint formales partes, quae materiales. Quam omnem controuersiam componere facile potuissent, si more Arist. atque eius grauisimorum enarratorum Philopponi, Themistij, atque aliorum similium vterentur. Habet nostra assertio tres partes. Prima est, non augetur per se materia. Hanc tribus argumentis veram esse conuicimus paulo superius, cum Arist. sententiam interpretaremur, quae nullo negotio quiuus possit ex eo loco petere: altera est: neque compositum ex materia atque forma per se augetur. Quam etiam partem assertionis loco citato ratione veram esse monstrauimus. Postrema vero pars est, forma solum per se augetur: haec pars primum probatur a sufficienti partium enumeratione. Aut enim augetur materia, aut forma, aut compositum: at non materia, neque compositum, ut monstratum est superius, ergo forma tantum augetur. Deinde quoniam quae insunt accretioni omnia plane conueniunt formae. Eadem enim semper manet, & quauis parte augetur: hoc probat Arist. exemplo vasculi quo humorem metimur, atque humoris ipsius, est enim vasculum formae instar: quod cum suscipiat subinde alium atque alium humorem, vnum tamen perpetuo manet. Si autem aut dilatetur, aut comprimatur, minime necesse est humorem comprimari, aut dilatari. His igitur argumentis quae sunt a me vberius explicata superius, Arist. conuincit, formam per se augeri, materiam vero, aut compositum, minime.

Non augetur per se materia.

Neque compositum.

Solum forma per se augetur.

Exemplo vasculi re docet Aristot.

Sed contra hanc sententiam sunt aliquot rationes, quae illam leuiter inspectantibus laesactare, & conuellere videantur. In primis sic obijcio, materia est quae augetur, non forma, ergo accretio secundum materiam fit. Nota est consequentia, antecedens probat illud augetur quod fit maius: materia, maior fit in accretione, ergo materia augetur. Dificultus legitimus est, & vtraque pars antecedentis manifesta, si quidem de ratione eius quod augetur est, ut maius fiat, neque dubitari potest quin procedente tempore materia manus, carnis, & partium ceterarum maior effecta sit, quare augetur materia. Haec obijctio facile soluitur, fatemur enim libenter materiam decursu temporis maiorem fieri: falsum est tamen quod augeatur. Ratio est, quoniam ut quidpiam augetur, necessarium est ut idem maneat ante accretionem, & pacta accretione. Hoc non contingit in materia, si quidem

Prima ratio. Contra tu periorum opinionem.

Soluitur.

COMMENTARIUS.

dem illa semp dilabitur, neq; persistat eadē p
petuō. Quōd si materia carnis, vel cuiusvis
alterius partis sit maior, non accretione ma
ior fit, sed appositione vel additione.

Virgeo.

Solutio.

Obijciēt rursū quispiam manere pro
culdubio eandem materiam: alias Socrates
iuuenis, & senex non essent idem numero.
Nam eadē numero illa dicuntur quę con
stant materia eadem. Dicēdum est q̄ tamen
si materia Socratis v. g. dilabatur, ac diffluit
nihil prohibet quominus Socrates iuuenis
& senex dicantur esse vnum atque idem nu
mero: quoniam quōd sint idem numero, ha
bent à parte præcipua, hoc est ab animat:
qui anima Socratis eadem est dum viuit So
crates etiam si materia sensim dissipetur, &
nova suscipiatur. Vnde fit vt Iuuenis, & Se
nex numero sit idē Socrates. Obijciēt dein
de aliquis, si diffluit materia, atque dilabi
tur, erit aliquādo forma sine materia: quod
fieri non potest, quare non diffluit, sed per
petuo manet eadē, atq; ex cōsequēti auget
materia. Dicēdum est, quōd tamen si vniuer
sa materia quę fuerat initio aliquando fue
rit dissipata, & absumpta, non efficitur vt
existat forma sine materia: quoniam semper
alia atque alia prioris loco succedit, quę rei
formā toueat velut in suo sinu. Vnde fit vt
materia nullo modo augeri posse videatur.

Obijctio.

Rursū obijcies, saltem sequitur quōd for
ma mutet subiectū, & quę modo est in hac
materia paulo post alteram ornet: nam vel
forma corrūpitur rei quę augetur peracta
accretionem, vel non: dici autem non potest
quōd ea ipsa forma corrumpatur, quoniam
cernimus manere rem eandem ante accre
tionem, & ea confecta: & si hoc verum sit,
non erit idem numero Socrates iuuenis, &
senex, vt obijciebamus: manet igitur forma
atque non in eadem materia, cum illa dila
batur sensim, ergo sub diuersa, mutat igitur
subiectum. Dicēdum est manere eadē
formam, neq; transferri eandem ab vno sub
iecto in aliud. Ratio est quoniam non om
nino mutatur materia, sed semper manet a
liquid materię præcedētis, cui additio fit, &
quod formam priorē retinet.

Obijctio.

Ad huc obijcies, si materia nunquam om
nino dissipatur, sit vt indiuiduum humanę
naturę nunquam corrumpi possit, quod est
impossibile. Quod autem id verum sit ita
suadeo, quoniam vel gratia formę corrup
pi indiuiduum debet, vel materię, at neutriū
horum corrumpitur omnino. Dicēdum est,
id genus indiuiduum non corrumpi, quōd

Solutio.

eius aut forma aut materia corrūpatur, sed
quoniam separatur forma à materia dissolu
to concentu, aut temperamento quatuor
principum qualitatum, quō forma in mate
ria retinetur. Ex quibus omnibus cōstat ma
teriam perse minime augeri, sed solam for
mam.

Verum aduersus secundam istam partem *Nō potest
asserionis propositæ sic obijcio, non potest forma au
geri.*
vlla ratione augeri forma, ergo sententiã pro
posita falsa est. Nota est consequentiã, pro
bō antecedens. Illud tantum augetur perse
quod quantitate aut magnitudine natura
præditum est, siquidem incrementum, atq;
diminutio perse versantur in quantitate, at
forma quantitatem non habet perse, præfer
tim vero humana, ergo forma perse accref
cere nō potest. Vt quæstionē diluamus scien
dum est, formam ipsam bifariam accipi posse
aut enim consideratur secundum substan
tiam atque naturam, aut secundum quanti
tatem, quę formam positam in materia ne
cessario consequitur: si priori ratione sum
atur forma, augeri minime potest, ipsa enim
formæ natura, atque substantia non muta
tur, eius vero quantitas mutat, quia maior
aut minor fit, siue sit quantitas quę totam
formam consequitur, siue quantitas partiū
singularum, vt faciei, manus, pedis, ossis, car
nis, denique partium cæterarum.

*Bifariam for
ma accipi
tur*

Antea tamen quam hinc discedam ope
re preuium me facturum puto, si quædam *Publici et
animaduertero quibus errores publicos in
hac quæstione conuellam. Scio enim variè
varios de re proposita sentire, & loqui. In
primis meminisse necesse est Arist. non dice
re, in accretione quædam esse partes for
males, quę augetur, alias vero quę non
possint augeri: & similiter contingere in par
tibus quas vulgo materiales nominant. Ra
tio est, quoniam vt materia vniuersa non
crescit, sic neque vlla eius pars. Fit autem ac
cretio secundum omnes formales partes,
quoniam vniuersa forma crescit, atque im
minuitur, alioqui falsa erit illa hypothesis
Arist. quæuis pars aucti, augetur: atque illa
vera proculdubio est.*

*Publici et
errores de
hac quæ
stione con
uellantur*

Deinde memineris, quōd cum dicimus
augeri formam, aut secundū formales par
tes fieri accretionem, non est id accipiendū
eo sensu, quōd forma rei causa sit cur con
tingat augmentatio. Ratio est quoniam nō
inquirimus hoc loco principium efficiendī
accretionem. Id enim proculdubio anima
est, quę tanquam instrumēto vtitur nativo
calo.

calore, vt dicemus paulo inferius, sed re que ritus quæ incrementum suscipit, aut immi-
nutionem: atque eam esse dicemus formam
rei quæ augetur, nam illa maior minorque
redditur non secundum substantiam atq;
naturam, sed secundum magnitudinem qua
natura sua sortita est. Hoc si ita intelligam⁹
errorem vitabimus publicum: qui ab Auer-
ro ortu habuit. Tertio, nomine partiū for-
malium intelligi non possunt partes dissimi-
lares, quas augeri dicimus: neque nomi-
ne partium materialium, similes, quas pu-
temus non augeri aut minui. Ratio est quo-
niam tamen si similes materia sint dissimi-
lium, cum illas efficiant, constant etiam ip-
se forma sua secundum quam crescunt: vt
Aristot. testatus est paulo superius, atque vt
idē est author, dissimiles partes augerentur, au-
ctis partibus similibus. Crescente enim car-
ne, osse, neruo, cartilagine, crescunt manus,
facies. Cetera quæ de quaestione proposita
dici cōsueuerūt mea sentētia prætermitti fa-
cile possunt, hæc enim satis esse putamus: re-
feramus iam orationem ad alia.

Cæterum grandescit totum accede-
dente quidem aliquo, qui cibus ap-
pellatur, & contrarium. Sed in ean-
dem speciem transeunte, vt si humi-
dum accedat sicco, idem cum accesserit,
mutetur, & siccescat. Nam simili
quodammodo augetur simili, alias
dissimili.

Exposuit hætenus Arist. quaestione il-
lam quid sit quod augetur: nunc verò
examinat alteram proposito etiam ap-
tam accommodatamque: ea est quale
nā illud sit quod auget. Quam initio huius
cap. attingerat, cum argumentis studeret effi-
cere, neque corporeo rem augeri, neque in-
corporeo. Illam vt explanet, accipit, q̄ cum
tota res composita maior efficiatur, necesse
est vt eadem augetur aliquo accedente. Id
vero quo accedente res maior sit nutrimen-
tum est, aut cibus. Dubium tamen existit,
vtrum id quo quidpiam augetur sit simile
rei que augetur, an potius dissimile, atq; cō-
trariū. Quæstionē in cōtrariā partē exercet
atq; tractat Arist. Cū enim addita carne caro
fiat amplior, & addito osse, os fiat maius: vi-
deretur proculdubio dicendum, nutrimentū,
quo accretio efficitur, oportere esse simile
rei que augetur. Contra vero reputando, vi-

detur oportere esse dissimile: nam nutrimen-
tum quo res augetur, anteaquam accretio
fiat, immutatur necessario ab ipso principio
augendi, vel a calore naturali, vt cōuertatur
in naturam res quæ augetur: ergo oportet
esse dissimile rei auctæ: probo consuetu-
dinem, quoniam passio fit propter dissimilitu-
dinem: & à contrario. Quare quaestio ambi-
gua est cum in contrariam partem habeat
rationes. Illam verò diluit Arist. cū inquit.

Sed querat aliquis, id quo res au-
getur, quale tandem sit? Ergo intelli-
gendum est, hoc facultate illud esse
quod augetur (vt si quod est faculta-
te caro, carnem adaugeat) ac proin-
de actu diuersum. Hoc autem inter-
cidens caro efficitur.

R

Espondet itaque Arist. ad pro-
positam quaestione, nutrimen-
tum quo accretio fit par-
tim esse simile, partim dissimi-
le atque cōtrarium. Est quidē
dissimile initio, simile vero in

sine: cum inquam efficitur accretio. Nutri-
mentū enim bifariam à nobis accipi potest,
vel quatenus potentia auget, vel quatenus
actione: si quatenus actione auget nutrime-
tum consideres, simile est rei quæ eo auge-
tur, nam cum rei viuenti apponitur nutri-
mentum, similitudo quæ erat in potentia ad
actum perducitur, mutatur enim nutrimen-
tum ab ipso viuente: & cū simile fuerit esse
ctum auget, antea tamen quam transmu-
tetur contrarium est viuenti: alioqui non
transmutaretur, quoniam nihil potest pati
à simili, sed à contrario patiuntur omnia.
Rem exemplo demonstro. Etenim si frigidū
nutrimentū adhibeatur rei calidæ, priusquā
illā nutriat, calidum fieri debet: & quod os
nutrit, potentia quidem est os, diuersum au-
tem est re ipsa, atque actione. Hanc eandem
quaestione tractat Arist. cap. 4. lib. 2. de ani-
ma differens de nutritione: atq; inquirens,
vtrum simili, an dissimili nutriamur, quo lo-
co inquit, nos partim nutriri simili, partim
dissimili, quod de accretione testatur in præ-
sentia, eo. n. loco duas diuersas de hac re sen-
tentias, illo nomine componit, quod nutri-
mentum, neq; omnino simile esse debeat rei
quæ nutritur, neque omnino dissimile.

Itaque non ipsum separatim effici

Ad quaestio-
nē respon-
det Arist.

Nutrimen-
tum bifa-
riam sumi-
tur.

Quo loco
quaestione
tractat Ari-
stot.

Quid illud
sit quod
auget.

Verum res
simili au-
getur an
dissimili.

COMMENTARIUS.

tur, tunc enim generatio foret, non auctio. Sed id efficitur, quod augetur. Quid igitur ab hoc passum est, ut augeteretur? an mistum fuit? ut si quis vino aquam infundat, idemque valeat, id quod mistum fuerit, vinum efficitur, & ut ignis, qui combustibili pertingit, sic augetur virtus in existens, quod accessit facultate carnis actu carne efficitur. idque dum simul existeret. Nam si fieret separatim, generatio esset. Cum liceat ignem efficere presenti lignis iniectis, & ad hunc modum existat auctio. generatio vero, cum ligna ipsa incendantur.

Diluit objectionem

Diluit Arist. hoc loco objectionem quam. Posset ex dictis quispiam existimare accretionem non esse diuersam ab ortu, sed eandem potius esse mutationem: quoniam ut fiat accretio, dixeramus, necessarium esse ut nutrimentum corrumpatur, & conuertatur in naturam eius rei quae augetur, quare generabitur quidpiam cibo corrupto, & non solum accrescet, quia generatio vnius est alterius rei ortus, ut cap. 3. monstratum est, questionem soluit & dubitationem prorsus animis eximit, docens modum quo accretio efficitur. Itaque ait, quod ubi transmutatur nutrimentum, ipsum per se, & seorsum ab eo quod nutritur, vel augetur, non mutatur, nam si ita mutaretur illa sane mutatio, non esset accretio putanda, sed ortus: quin imo ipsum nutrimentum prius permiscetur omnino cum eo quod nutritur, vel augetur, deinde permutatur & transit in naturam eius quod nutritur. Quare cum non mutetur seorsum cibus non induit aliam formam, sed ab eo quod crescit ita corrumpitur, ut eius materia efficiatur: postquam vero ita fuerit nutrimentum permutatum ut conuersum sit in eam rem quae eodem alimento nutritur, forma prior ampliatur atque redditur maior. Obiter etiam Arist. modum atque rationem docet efficiendi accretionem, dum propositam paulo superius dubitationem diluit. Hunc modum nos pluribus verbis explicabimus. Quoniam non satis constat qua ratione accretio efficiatur, & diuersa sit ab ortu. Hinc etiam licebit intelligere accretionis vim atque naturam

Modus efficiendi accretionem

Primum quidem si est efficienda accretio,

necessarium est ut alimentum & res quae augenda est omnino misceantur. Deinde naturalis vis atque facultas rei quae appetit alimentum arripit nutrimentum, neque cessat unquam donec illud in suam substantiam vertat: & res maior fiat. Re demonstrat eisdem exemplis quibus Arist. utitur in praesentia. Concedamus in primis vino inesse facultatem, ut nutriatur, cum est in dolio, & aqua conuertatur in suam naturam. Hoc enim non omnino verum est: quia vinum re vera non nutritur, nutriri tamen atque augeri videtur, manifestum est quod si aqua in dolium conijciatur quod vinum continet, primum omnium vino permiscetur. deinde transmutatur ab ea facultate, quam diximus vino inditam esse, in vini naturam: atque substantiam, & amplior sit copia. Vini autem transmutatio non est sane generatio, sed augmentatio tantum quoniam non seorsum aqua corrumpitur. Rem probat altero inducto exemplo Arist. Etenim ut ignis cum apponitur rei quae possit comburi illam mutat in suam naturam: ita quod augeri potest cum accipit nutrimentum, quod naturae suae aptum sit, illud vertit in suam naturam non seorsum, sed simul cum carne cui adhibetur, aut osse aut quavis alia parte. Nam si perse fieret mutatio alimenti, non accretio esset, sed ortus: ut cum igni accenso ligna opponuntur, crescit ignis praecedens, non gignitur alius, cum vero seorsum incenditur lignum, non accretio ignis fit sed ortus.

Re exemplis docet Arist.

Neque vero quantum vniuersale generatur. Non magis quam vniuersale animal, quod non sit homo, aliquid ve singulare. Caeterum ut hic vniuersale, sic quantum illic. Caro igitur, & os manus ve, aut nerui, & horum similes partes aliquo quanto non quanta carne accedente augetur.

His verbis quandam aliam dubitationem soluit Arist. quae concluditur hoc pacto: omnia contraria sunt ex contrariis: ut caro ex non carne: os, ex non osse, ergo quantitas quae accretione comparatur fiet ex non quantitate: hoc autem non potest accidere, ergo neque est ullus modus efficiendi augmentationem. Respondet Arist. quod nunquam contingit ut generetur vniuersale

Quod non possit effici accretio

fale

Quicquid
fit singula
re est.

file. Sed quicquid fit singulare est, atque indiuiduū. Omnes enim actiones vt Arist. inquit cap. 5. lib. 1. de prima philosophia versantur circa res singulas: nā vniuersale animal (atque etiam cetera vniuersalia) aut nihil est, aut posterius est. cap. 1. lib. 1. de anima. Ex accidenti enim vniuersalia efficiuntur, hoc est in rebus singulis: nō perse. Que madmodum ergo perse aliquod animal fit ex aliquo animali, & aliquis homo ex homine aliquo, ita quoq; aliqua quantitas efficitur ex quātitate aliqua, quare ex sanguine qui natura sua aliquam habet quantitatē caro fit, quæ aliqua quantitate prædita est: est enim quantitas rebus omnibus cōmunis quæ generantur, atque intereunt, quare quātitas vt genus est quoddā, mutari nō potest, mutatur tamen simul cum materia atq; forma cui hæret, corpus etiam vt corpus est nō mutatur, sed vt aer est, vel ignis, vel quoduis aliud speciale corpus. Itaque quæ cresunt maiora fiunt, non quidein perse, accedente quantitate: sed potius re aliqua adueniente quæ quantitatem secum adferat, neq; quantum efficitur ex non quāto, sed aliquod quantum ex aliquo non habente eandem quantitatem.

Ergo qua est facultate vtrūque. i. & quāta, & caro, hætenus adauget. Nam & quāta fiat oportet, & caro, qua verò caro tantum hac nutrit. Hætenus enim nutritio, auctioque ratione differunt. Itaque nutritur, quatenus quod deficit, conseruatur. non tamen semper augetur. Nutritio enim idem est, atq; accretio, sed esse diuersum est. Nam qua est, quod accedit facultate caro quanta, hac vim habet carnis augendę, nutriendę vero, qua est facultate caro tantum. Hęc autem species absque materia verbi causa tibia, facultas quædam in materia est, quod si qua materia, quę tibia facultate fit, quęque facultate quantum habeat, accesserit, hęc maiores erunt tibię.

Nutriti ali
& viuere,
idem sunt.

Assignat discrimen Arist. hoc loco inter nutritionem & accretionē: quod vt commodius explicemus primum meminisse necesse est, q̄ nutriti, ali, &

viuere idem sunt prorsus: & ad animam vegetalem primò referuntur cuius illæ sunt facultates, aut potius vna tantū facultas est quæ tribus his nominibus appellatur.

Augmentatio vero, atq; nutritio inter se illo nomine conueniunt, quòd vtraq; efficitur ex eadem re, nempe ex eodem alimento, aut ex eodem sanguine: quare re ipsa conueniūt, idem .n. sunt secundū rem: ratione verò differūt, hoc Arist. aperte testatur illis verbis, nutritio idem est atque accretio, sed esse diuersum est. Distingūtur autem multis modis. Primum quidem quoniam tametsi nutriamur, atq; augeamur, eadē re, diuersa quidem ratione ea ipsa re nutriamur. Nam vt est potentia similis rei qua alitur cibus, nutriamur eodem: vt autem quātitate præditus est cibus, eodem augemur. Panis enim v.g. & quoduis aliud alimentū quamuis re ipsa panis sit, est caro cui apponitur, facultate, & quantitate similiter constat, vt ergo panis est potentia caro, carnem nutrit: vt autem quantitate præditus est, carnem auget. Hoc idem scribit Arist. lib. 2. de anima ca. 4 & in libello de longi. & breui. vitæ: quo loco ait quòd etiam si eodem nutrimento alimur, augeamur & generemur nō tamen eadē ratione: quoniam nutrimentū quæ ratione substantia est similis secundum facultatem illi rei quæ nutriti debet, nutrit, vt quantum auget vt redundans aut superfluum, pertinet ad generationem.

Secundam discrimen inter nutritionem augmentationem illud est, quòd nutritio toto vitæ tempore durat, accretio verò vsque ad quoddam tempus definitum: augemur enim quandiu calor naturalis vim eam retinet vt alimentū immutare facile possit: quoties vero nutrimentum non quatenus habet quantitatem, sed quatenus potentia est, cui apponitur ad actum ex ea potentia deuenit, nutrit quidem non autem augetur, nam animal quidem dum viuere semper nutritur. Non potest enim viuere nisi alimentum sumat, quo reparatur quod calore naturali absumptum est, atque deperit, huius discriminis primum illa ratio reddi potest: quia cum ratione caloris insiti, natiuiq; augeamur procedente tempore calor deficit, neque satis recte potest cibum conuertere in naturam eius rei quæ augetur. Humor etiam natiuus impurus redditur ætate atq; tempore. Deinde id accidit ratione forme substantialis quæ cum definitam certamq; virtutem habeat, magnitudinem definitam requirit.

Accretio,
& nutritio
ex eodem
fiunt.

Qua ratio
ne distin-
guantur.

Nutritio
durat totū
vitæ tempus.

COMMENTARIUS.

requirit, atque ob eam rem definitus est terminus augmenti atque decrementi rei cuiusque viuentis; tempus præterea definitum, quo vnum quodque viuens possit augeri.

Quæstio de accretio. Hoc loco possit aliquis querere, quousque duret accretio, & vtrum ad eam rem diffinitum sit tempus singulis viuentibus secundum naturam. De hac tamen questione diuersæ sunt veterum philosophorum sententiæ: ait

Arist. opinio.

Galenus.

Arist. sectione vigesima problemate. 17. hominem augeri usque ad annum trigésimum, ferunt alij non porrigi ultra vigésimum quatuordecimum annum Galenus verò cuius ego sententiam hac parte veriores puto, hinc de sententia tenendi ex his nat., non posse certum tempus accretioni assignari, sed habendam esse rationem vitæ, morum, & continentie laborum

Finis nutritionis.
Finis accretionis.

Tertium discrimen accretionis & nutritionis sumitur ex fine. Etenim finis nutritionis est formam retinere, utque seruari in materia: finis vero accretionis est magnitudinem extendere atque dilatare, quæ formam consequitur postquam in materia, nutritur enim quod viuere refertur ad Arist. quatenus quod defecit, conseruatur.

Superiori quæstioni respondeamus.

Corporea augemur.

Non se nec trant quo augeatur quod iaugeatur.

Accretionis finitio.

Ex superioribus soluitur quæstio propostita ea est, vtrum augeamur re aliqua corporea, an potius in corporea etenim corporeo augeamur, quandoquidem aliimento aut nutrimento augemur quatenus quæ in corpore præditum est, ut enim in Arist. nam qua est, quod accedit facultate caro quæta, hac vim habet carnis augere. Item caro igitur, & os, manusue, & neui, & horum similes partes aliquo quanto augetur: hinc autem non sequitur quod duo corpora se penetrant; quod aug. inquam, & quo fit auctio, neque quod sit in natura rerum inanè aliquid ratio est quoniam additur aliimentum rei quæ augetur: atque in eius verticem, & tur naturam.

Colligimus ex illis discriminibus quæ existunt inter nutritionem & accretionem, quid sit accretio & similiter nutritio. Accretio igitur est extensio formæ viuentis ab extrinseco, pro genere. Ponitur extensio: quæ eadem voce redditur discrimen inter accretionem & nutritionem: siquidem cum nutritur non extenditur quantitas, sed conseruatur, quæ prius aderat additur, viuentis ut veram & germanam accretionem distinguamus ab impropria. Etenim res animata vacantes, montes in quibus saxa crescunt, augentur tamen non dicuntur, quoniam viuentia non sunt.

Ab extrinseco rursum adiectum est, quo Nutritio fieri nulla ratione potest ut proprie possimus quidpiam præditum vita, crescat, nisi extrinseco nullo adhibito aliimento extrinseco, tum videlicet fieri enim recte potest ut nutriamur nullo extrinseco adhibito nutrimento: nempe internis colliquamentis, & crassioribus quibusdam humoribus existentibus intra corpus, quomodo Simon Portius in libello de puella germanica refert, vixisse apud germanos puellam quandam viginti annos integros nullo cibo sumpto: crescere tamen nisi alimentum adhibeas minimè potest, quod viuere.

Nutritio verò, quantum licet ex Arist. conijcere, est formæ conseruatio: huc enim refertur, pertinetque nutritio ut forma conseruetur in materia.

Nutritio quid sit.

Cum vero haud amplius efficere potest, sed ut aqua, quæ copiosior subinde vino mista, tandem a quo sum efficit, & item aqua, tunc diminutionem quanti facit, specie tamen manente.

EXposuit hætenus Arist. quid sit accretio, & quo pacto fiat, dixit enim aliimento inesse duas potentias: vnam ut efficiatur idem cum eo cui apponitur, nempe tibia, si tibiæ apponatur, quæ pars est corporis animalis præsentis loco, non autem instrumentum sonandi, ut quidam interpretatur, satis ut sibi quidam videretur dextere atque ingeniose: alteram, ut quantitatem conseruet nam ipsum alimentum substantia est, & natura sua quantitatem habet: cum ergo potentia illa quæ inest in alimento ad conseruandam tibiæ formam sine materia, hoc est nulla habita ratione quantitatis quæ ad formam ipsam refertur, ad actum deducitur, nutritur tibiæ, cum verò altera potentia ad actum perducitur, & quantitas vni efficitur ex antecedenti quantitate, atque ea quæ accedit, sit accretio. Oportet iam ut minutionem explicemus, quæ accretioni contraria est: ad eandem enim disciplinam pertinet contrariorum explicatio: prius tamen docet Arist. modum quo efficitur diminutio: vnde facile licet colligere eius finitionem. Ergo cum viuens non habet tantam vim, ut alimentum commutet, quod accidit his hominibus qui non bene concoquunt, vel ægritudine quapiam vel quia calor naturalis imbecillus, atque impurus

Tibiæ quid sit hoc loco.

Quo modo immutatio efficitur.

impurus redditus est, tunc temporis plus infumitur materiae praecedentis, quam apponatur: unde fit ut membra minus capiant alimenti, quam prius, atque ita imminuantur: exemplo rem docet philosophus quemadmodum, inquit, vinum infusa aqua imminui solet, ita quoque imminuitur vis & facultas animantis, quae transmutat alimentum in naturam eius rei quae alitur: etenim si quispiam in dolium vini paulatim infundat aquam: primum vinum augetur quia facultas vini aquam superat, deinde vero quanto plus aquae infunditur, tanto vis vini fit deterior, donec tandem vinum totum usque adeo sit dilutum, ut aqua esse videatur.

Quatenus seruiat ex eplu rei propositae explicandae.

Memineris tamen lector, quod appositum exemplum non omnino congruit propositum, sed quadam ex parte. Ostenditur enim hoc eodem exemplo quod potentia & facultas augendi imminuitur, quantitas vero minime. Imo aqua iniecta, crescit. Atqui in uiuentibus procedente aetate non modo facultas immutandi alimentum minuitur, sed etiam magnitudo rei quae augetur.

diminutio quid sit.

Hinc accipi potest finitio diminutionis: ea est: diminutio est contractio formae uiuentis: cum enim diminutio atque accretio contrariae sint, per contraria definiatur oportet. Huiusmodi sunt extensio, & contractio formae uiuentis. Ex his quae diximus plane constat Arist. sententia toto hoc cap. de accretione.

Quaestio.

Vtrum facultas nutriendi diuersa sit a facultate augendi.



Ut diximus cum Arist. sententiam exponeremus, ad explanandam vniuersam naturam accretionis, nutritionis, & diminutionis satis esse poterant, sed quoniam hoc loco videmus tractari ab interpretibus quaestiones alias, visum est etiam nobis anteaquam hinc progredieremur, de eisdem non nihil dicere, ut consuetudini satisficeremus, & quae fortasse leuiter attingimus, cum Arist. sententiam interpretaremur, plenius constare possint. In primis quaestio existit, vtrum eadem prorsus facultas sit nutriendi atque augendi: scio enim quosdam esse & maxime vallesium medicum qui existiment, atque id editis in publicum libris testentur, facultatem augendi, & alendi nulla ratione diuersas esse, sed easdem omnino. In hanc opinionem adducuntur his rationibus, prima, diuersarum facultatum necesse est operationes esse diuersas, augentis & nutrientis facultatis non est diuersa operatio, sed potius eadem, ergo facultas nutriendi atque augendi diuersae non sunt. Discursus est legitimus: maior aperta, minor probatur: quoniam cum tantum reparatur alimenti confecti quantum amittitur, corpus nutritur. Cum vero plus reparatur, augetur: reparari autem plus minusve, non variat speciem actionis: ergo neque virtus est diuersa. Et confirmatur, quoniam reparari plus aut minus aut tantundem, hoc accidit non ex virtute diuersa, sed robore maiore, aut minori, aut pari eiusdem virtutis, aut ex dispositione eius alimenti quod commutatur: atqui neque robur, aut debilitas causa efficientis, neque dispositio rei quae commutatur, mutat speciem virtutis, etiam si modum actionis vaciet: ergo eadem est facultas nutriens, atque augens. Et rursus confirmatur, quoniam cum facultas est imbecillis corpus minuitur, ergo cum fortis est augetur: contrariorum enim contrariae sunt causae. Postremo eadem sententia probari videtur, quoniam eisdem vtuntur facultatibus ministrantibus omnes istae potentiae, non sunt ergo diuersae. Nota est consequentia, ut apparet, antecedens vero probatur. Nam vtuntur facultate trahente, retinente, alterante, expellente. Sunt enim necessariae huiusmodi facultates ad nutriendum, atque augendum. His argumentis dant opera huius sententiae autores ut persuadeant facultatem nutriendi, atque augendi eadem esse. Nobis vero ea sententia minime probatur. Atque ita statuimus hanc assertionem, superiori contrariam: facultas alendi atque augendi licet re & subiecto sint eadem: ratione distinguuntur. Habet haec conclusio duas partes: altera est quod duae istae facultates sunt eadem subiecto, atque re ipsa. De subiecto eadem illa dicuntur, quae in eodem subiecto existunt: quemadmodum eadem secundum rem quae non sunt res duae, sed vna duntaxat. Subiecto ergo duae istae facultates, vnum sunt, quoniam in vno eodemque subiecto existunt, nempe in anima

Quidam, forte eandem esse utraque facultates. Ratio.

confirmatio

2.

2. Ratio.

Nostra sententia dicitur sunt facultates.

Subiecto eadem.

D vege

COMMENTARIUS.

vegetali, cuius illæ sunt propriæ facultates, atque eodem utitur instrumēto, natiuo. scilicet calore, atque humore insito ab ipsa natura.

Ratione
diff:unt
duæ illæ
facultates.

Tex. Arist.

Galenus.

Ratio.

Obiectio.

Respondet
tuo.

Unde sume
dū fideri
debet.

Altera pars eiusdem assertionis est quod duæ istæ facultates ratione distinguntur. 1. alia est ratio nutrientis facultatis, alia augentis. Hæc sententia probatur primū Arist. testimonio cap. proximè a nobis explanato. Sic enim ait, ad calcem. Hasten⁹ enim nutritio auctiorque ratione differunt. Et paulo inferi⁹: nutritio enim idem est atque accretio sed esse diuersum est. Eadem est Galeni sententia li. 1. de facultatibus naturalibus cap. 7. his verbis. Augens quædam est facultas a generante & nutriente diuersa.

Ratione præterea persuadetur opinio, quæ sic colligitur. Facultates illæ quarum sunt obiecta diuersa, necesse est esse diuersas, nutrientis, & augentis facultatis obiecta diuersa sunt, ergo ipsæ etiam facultates sunt diuersæ. Discursus est legitimus, maior quoque manifesta: quoniam omnium iudicio facultates operationibus distinguntur. Operationes verò penes obiecta. Quare facultates obiectis differunt: minor probatur, quoniam obiectum facultatis nutrientis est alimentum quia ratione potentia est substantia illa cui apponitur: facultatis verò augentis subiectum est idem alimentum, ut est quantitate præditum. Et potentia quantum, illud cui additur. Hoc refert Arist. eodem ipso cap. his verbis: loquitur autem de nutrimento. Ergo quæ est facultate vtriusque, quantum inquam & caro, adauget: quæ vero solum est facultate caro solum nutrit.

Sed ob sciet aliquis hinc minime colligi diuersas esse duas istas facultates: quando quidem obiectum, vtriusque idem est, nempe alimentum. Eodem enim nutrimento alimur atque augemur. Dicendum est procul dubio obiectum vtriusque facultatis secundum materiam vnum esse, atque idem: hoc ratione conuincitur atque experimento: at diuersum est secundum rationem. Nam alia est nutrimenti ratio quatenus nutrit, est enim facultate substantia caro, videlicet aut os, aut quoduis aliud quod nutritur alia quatenus auget: si quidem facultate est quantum illud quod augendum est, atque distinctio sumenda est non ex ipsa nuda atque simpliciter materia, sed ex diuersa ratione materie. Etenim nihil prohibet artes diuersas eandem tractare, modò id fiat ratione diuersa.

Secunda ratio ad eandem sententiam sumitur ex fine: & ita colligitur. Quam facultatum diuersus est finis, eas oportet esse diuersas, nam vnius facultatis non potest esse duplex finis. Huiusmodi autem sunt nutriens, & augens quæ. Quod finis nutriens est seruare substantiam, finis verò augentis facultatis est augere formam. Ergo diuersæ sunt istæ facultates, nutriens atque augens. Minore probat Arist. longa oratione hoc eodem cap.

Tertio probatur a definitione sumpto argumento: diuersa est vtriusque definitio, ergo facultates ratione sunt diuersæ, quando quidem ratio vnius cuiusque rei est eius definitio. Diuersas autem esse definitiones hinc constat, nam ut ex Arist. collegimus, commentarijs in hoc cap. nutritio, est facultas conseruandi formam: augens verò, facultas est formam, aut formæ magnitudinem extendendi.

Postremò sumo argumentum hoc modo, virtus alendi, ministrat virtuti & facultati augendi, ergo diuersæ sunt facultates. Nota est consequentia, quoniam fieri nullo modo potest, ut idem eadem prorsus ratione imperet, atque seruiat: præsertim sibi ipsi: quæ autem vis alendi facultati augendi seruiat, testatur Galenus loco citato, eum ait, a tempore ortus usque ad consistentiam dicitur augens, atque huic nutriens facultas ministrat: his omnibus testimonijs atque argumentis possit quispiam qui non contemdat cum ipsa veritate odio pertinaci conuinci, ratione procul dubio diuersam esse vtranquam facultatem.

Nunc vero ut perfectior nostræ sententiæ fides habeatur diluendæ a nobis sunt rationes in contrariam partem inductæ. In primis verò principis eius rationis, quæ autor contrariæ sententiæ effici putat, eandem esse vtranque facultatem assumptum falsum est: illud videlicet, facultatis nutrientis atque augentis operationem esse eandem: huius autem rei fides facienda est non ex eo quod reparatur vtriusque operatione, sed potius ex vtriusque operationis obiecto, quandoquidem (ut diximus) operationes ex obiectis distinguntur, quemadmodum facultates ex operationibus: atque obiectum vtriusque operationis procul dubio ratione diuersum est. Nam alterius obiectum est alimentum quod facultate est substantia illa cui apponitur. Alterius verò idem alimentum, ut quantitate præditum est, ille vero putat operationes

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

Soluuntur
rationes in
contrarium

1.

peratiões distinguendas esse maiori aut minori quãtitate comparata; aut deniq; pari, illi, quã absumpta est virtute caloris naturalis: quã ob rem ea ratione nihil prorsus efficitur.

2.

Ad confirmationem dicendum est, q̄ reparari plus minusue quantitatis, prouenit ex dispositione rei quã commutatur virtute caloris naturalis, atque ex robore virtutis interne; nihilominus tamen hinc nõ rectè colligitur quòd nutriens atq; augens facultates diuersã non sint, quoniam etiam si diuersã sint ratione inter se, & duret vtraque facultas toto vitã tempore, neq; enim putandum est augentem facultatem dissipari cum non defungitur suo munere, hoc est, cum quantitatem non extendit, indigeat instrumentis quibusdam ad agẽdũ, quorum culpa ætate procedente efficitur, ne ipsa facultas suo munere eo tempore defungatur. Huiusmodi instrumentum est calor naturalis qui imbecillus atque impurus redditur. Item etiam humor narius quem radicalem vocant: quare hac ratione minime efficitur, eandem esse vtranque facultatem.

3.

Postrema etiã ratio nullam vim habet. Neq; enim q̄ eisdem ministrantibus facultatibus vtantur vis augens & nutriens necessario sit vt eadem sint. Quid enim prohibet pluribus esse eosdem seruos cõmunes Præsertim cum constet easdem ipsas ministras facultates proxime seruire nutritiõ: deinde vero accretioni. Quam ob rem propter has rationes non oportet sententiam Arist. aliorumq; grauissimorum hominũ deferere, præsertim cũ intelligamus eandẽ cum ratione admodum esse cõiunctam, qđ superioribus argumentis: atq; rationibus videor demonstrasse. Sed quidã vsq; a deo sibi fauent, & suo ingenio blandiuntur, vt pluris faciant sophisticã rationẽ excogitam a se, quã efficaces multas, quas inueniunt alij: & se tanto ingeniosiores arbitrantur, quanto vehementius veritati resistunt.

Quæstio.

Vtrum accretio sit motus continuus & per se.

Hanc etiã quæstionẽ video a plerisq; quæstionarijs qui se Arist. interpretes appellari volunt, tractari hoc loco, quibus vt morè geramus paucissim

mis verbis eadẽ absoluemus: hoc ob eã rẽ maximè præstabo q̄ videã quosdã esse qui Arist. philosopho ù principis opinionẽ hac parte falsam esse credant: quã quã nũc non erat his locus: primũ videtur q̄ accretio nõ omnino sit motus cõtinuus, quia Arist. assũgnans discrimen inter nutritionem, & accretionẽ cap. proxime a nobis explicato, ait, nutritione continuã durare vsq; ad vitã finẽ accretionẽ verò non esse continuã vsq; ad exitũ vitã. Deinde non est motus, ergo neq; continuus motus, nota est consequentia, antecedens probõ qm motus omnis est inter cõtraria, lib. 5. de phys. auscult. à termino inquã contrario ad terminũ contrariũ. Accretio vero non est id genus: nam in quantitate versatur cui nihil est contrariũ cap. de quantitate. Tertio diminutio nõ est continuus motus, ergo neque accretio: probõ consequentiã, qm cũ sint oppositæ mutationes si vna est continens alterã oportet esse cõtinuã. Antecedens probõ, quia si ab aliquo fietet maximè a calore naturali: nihil est enim aliud à quo effici posse videat. At calor non potest causa esse immutatiõis Primũ quia est causa accretionis & nõ est eadem causa contrario ù. Secundo idem se ipsum corrũperet, nam facta diminutiõ, viuẽtis calor etiam incitus imminuitur: at non ab alio quã a se ipso: postremò, q̄ magnitudo, aut quantitas per se nõ comparatur motu probatur sumpto argumento a ratione qua efficitur accretio: cũ enim corpus viuẽtis crescit solũ hæc ad sunt: partes dilatantur: alimentũ poros intrat. Et mut. ã in rem quã alitur. Hæc si efficiatur, necessario res est facta maior, & quantitas comparata est: ergo nõ est per se motus ad ipsam quantitatem, sed ex accidenti eadem cõparatur. Vnde fit vt non sit accretio motus cõtinuus, atque per se: nam nullus horum motu quos adesse cernim⁹ est per se ad quantitatem, sed duo priores, rationes sunt, cõmutatio vero cibi aut cõuerũio eiusdem in naturam rei viuẽtis, interitus est ipsius cibi, & substantiẽ ortus. His rationibus atque alijs id genus partim vidẽ probari q̄ accretio motus continuus non sit, partim etiam quòd non sit ad quantitatem, quã accretione comparet, per se motus. Nobis tamẽ ea sententia nulla ratione probari potest, sed potius cõtraria: quã vt explicemus cõmodius, atq; aprius, & corroborare ratione, statuẽdam nobis sunt aliquot assertiones: nã hac via

Vallesius reprehendit.

Videtur quod accretio non sit motus continuus.

2.

3.

4.

In eos qui facile deserunt graues imprimis auctores.

mo sic dicitur in Arist. de motu animalium quod accretio non sit motus continuus.

Ferrat qui dicit, accretionẽ non esse motũ continuũ, & per se in qua sententia est vallesius.

COMMENTARIUS.

sub lib. V
- Accretio
est motus
continuus.

sub lib. V
i Accretio
est motus,
continuus.

Est itia v-
nus motus

Nō est om-
nibus viuē-
tibus con-
cessum idē
crescendi
tempus.

Ratio effi-
cacissima
ad perlua-
dendum ac-
cretionem
esse conti-
nuam.

existimo me rem vniuersam apertius dictu-
rū. Sit igitur prima assertio: accretio motus
continuus est in reuiuēte atque integra vs-
que ad definitū quoddā vitæ tēpus: in pri-
mis accretio est motus iuxta Arist. opinio-
nē cap. proximē a nobis explicato. Et lib. 5.
de phys. ausc. atq; etiam in categorijs cap.
de motu. & probatur a definitione motus
Motus est actus mobilis, vt est mobile. Ac-
cretio vero est actus eius quod augeri pōt,
quatenus potest augeri, vt Ari. demōstrat
lib. 3. de phys. ausc. exponens exemplis mo-
tus limitationē, ergo accretio est motus: qd
si motus est, est etiam vnus motus qm̄ idem
est motus atque vnus motus, sicut homo
atque vnus homo: est vnus motus ergo est
etiā cōtinuus. Nam vt lib. 5. physicorū. Ari.
scribit. Vt motus vnus sit, necesse est vt tē-
pus continuū sit, neque vnquam interrom-
patur. Dixi etiam in re viuēte hoc est cum
quidpiam proprie augetur qua ratione so-
lū crescunt viuētia. Nam cetera appositio-
ne efficiuntur maiora: quæ cū extrinsecus
accedat, non oportet vt aliquo tēpore con-
tinua existat. Huiusmodi accretione mon-
tes, saxa, atque alia id genus multa crescūt.
Rursum dixi, cū integra est valetudo, nam
si viuens aegritudine laboret non est neces-
sariū, vt augeatur vsque ad aliquod vitæ tē-
pus definitū & certū. Ipsa enim aegritudo
impedimento est quo minus continuū vi-
uens augeatur. Si vero viuens sit, & prospera
valetudine vtatur, eius accretio continua
durat vsque ad aliquod vitæ tēpus in quo-
uis viuente. Quāquā non omnibus viuē-
tibus idem tēpus concessū sit crescendi, alia
enim plus temporis augentur, alia minus:
iuxta periodū quam habent indiuidua sub
quauis formā, aut specie comprehensa: ad-
de etiam quōd in eadem specie interdū con-
tingit propter præstantiorem vitæ rationē
vt aliquod indiuiduū diutius augeat alio:
quod aut sit spatiū singulis formis cōcessū
ab ipsa natura ad crescendū, non est præsen-
tis loci dicere: diximus nōnihil cūm Ari.
sententiā explicarem, hoc eodē cap. Quōd
aut si hæc oīa adsint & præterea alimentum
supperat: necesse sit accretionem toto eo tē-
pote continuam esse hac ratione communi
probatur, vbi adsunt causæ naturales suffi-
cientes per se ad quidpiam efficiendū, neces-
se est effectū adesse, sed causæ continētis aug-
mentationis vsque ad definitū a natura tē-
pus, atq; etiā naturales & sufficiētes per se,

adsunt, si ea adsint quæ diximus in conclu-
sione, ergo augmentatio continua efficitur.
Probo cōsequentiā, qm̄ si hæc oīa suppetāt,
nihil est prorsus quod vetet accretionem
esse continuam. Est enim corpus integrum
calor naturalis vehemens, fortisque, rursum
etiam accommodatum nutrimentum: his ita
constitutis facile solui poterunt illæ ratio-
nes quas initio huius quæstionis in contra-
riam partem adduxeramus.

Ad primum dicendum quōd cum Arist.
assignat discrimen inter accretionem & nu-
tritionem non ait, a accretionem continuam
non esse, sed non durare tandiu, quādiu
durat nutritio. Sic em̄ inquit nutritur, qua-
tenus quod deficit conseruatur. Non tamē
semper augetur, quod procul dubio sic est:
ad secundam rationem dicendum est, quod
accretio motus est, etiam si non sit interve-
ra cōtraria. Satis est enim vt extrema accre-
tionis pugnet, inter se simul esse nō possint
qd̄ perpetuū contingit in augmentatione,
cū termini sunt quātitates, diuersæ in. Mi-
nor inquam atque minor quantitas. Ter-
tia ratio soluitur si dicamus diminutionē
esse continuam. Non quidem ab initio vi-
tæ ad exitum vsque sed ab eo potius tempo-
re quo viuens natura sua desinit crescere
vsq; ad extremū vitæ, ab eo em̄ tēpore calor
naturalis debilitari incipit, & prædēre tēpo-
re perpetuū peius habet. Itaque defectu ca-
loris insiti sit diminutio: neque mirum est
eundem calorem contrariorum esse causam
accretionis inquam atque diminutionis: contrario-
rum causa.
cum id non contingat eadem ratione, sed
diuersa. Eadem autem causa diuersa ratioe
sumpta potest efficere contraria: quod de
nauta Arist. refert lib. 2. de phys. ausc. q. præ-
sens causa est cur nauis salua sit, absens ve-
ro causa cur pereat: neq; quippiā prohibet
cur ex accidenti idē se ipsum corumpat, qd̄
de calore insito atq; natiuo argumentaba-
mur paulo superius: per se verò, fieri nullo
modo potest.

Quæstionis propositæ altera pars est, v-
trū accretio sit motus per se, an potius ex
accidenti. Nos missis verborū ambagibus
statuimus secundā assertionē, ea est, accre-
tio est motus per se: hæc nostra sententiā pri-
mū probatur Arist. testimonio li. 5. de phys.
auscult. cap. 2. quo loco ait, lationem, com-
mutationē & accretionē esse motus per se:
quoniā ad qualitatem quantitatem & locū
est motus per se eodem enim autore quali-
tas, lo

Idem calor
accretionis
inquam atque
diminutionis:
contrario-
rum causa.

Idē ex acci-
dentipōtē
ipsum cor-
rumpere.

Quæstio-
trum ac-
cretio sit
motus per
se an ex ac-
cidenti.

assertio no-
stra contra
quosdam.
Præsertim
est motus per se eodem enim autore quali-
tas, lo

tas, locus & magnitudo per se comparant, & non ex accidenti: eam tñ rem lib. 5. phys. accuratius persecuti sumus, quoniam ille locus huic quaestioni explicandæ accommodatissimus est. Interim hac ratione probatur assertio: ad illud est motus per se, cui aliquo modo contrariū inest: quandoquidē verus motus est a contrariū in contrariū, vt Ari. refert loco proxime a nobis citato, quātitati vero aliquid inest contrariū, tamen nō propriè: minus siquidem, & minus contraria quodāmodo sunt, & in quātitate reperiuntur quare per se est motus ad quātitatē. Et confirmatur ad eam rem est motus per se quæ comparatur motu per se, hoc est quæ est terminus motus. Quantitas autē est, id genus, ergo ad eam est per se motus. Discursus legitimus est, & maior manifesta, minor probatur, quoniam cum viuens augetur, per se comparatur formæ magnitudo. Crescit enim illa appposito alimento, atq; conuerso in naturam rei quæ augetur. Et confirmatur, quoniam in alimento quod apponitur viuenti duo insunt, est enim substantia, & præterea præditū quantitate. Accretio autē nō fit ex alimento, vt substantia est, quæ sit eadē secundū potentiam cū ea substantia cui apponitur, sed ex eodē vt quantitatem habet similem secundū potentiam quantitati præexistenti, quæ commutato alimento priorem formæ in materia positæ magnitudinē auget: his rudi minerva explicatis, exactior enim huius rei consideratio ad librū quintum pertinet de phys. ausc. quemadmodum diximus, facile solui poterit ea ratio quæ paulo superius vñ sumus ad probandum accretionem non esse motū per se. Fatemur libenter in accretione vera, atque germana partes dilatarī, & alimentū subire poros, atque mutari in rem quæ augetur, falsum tñ est, quod contrariæ sententiæ autor inquit, commutationem nutrimenti in rem quæ augetur, ortū esse. Quod Arist. probat hoc eodem cap. Exēplo lignorū, quæ adduntur igni. Cū enim simul incenduntur, mistio fit, non ortus. Cū terminus huius transmutationis non sit indiuiduū aliquid substantiæ existens per se: deinde, præter hæc tria est etiam aliud in accretione, nēpè maior quantitas, aut magnitudo formæ quæ per se efficitur motu: cuius extremū a quo, est magnitudo insita alimento. Sed ad eam comparandam omnia quæ numerat necessaria sunt. Et hæc sit satis hoc loco dixisse de

præsentī quaestione: properem⁹ ad alia. Nā cætera quæ ab alijs tractari in præsentia cōsueuerūt, iudicio meo vel sunt alterius artificis, medici inquā, vel non sunt huius loci propria.

Argumentum. cap. 6.

Hactenus Arist. generalem sermonem habuit de ortu, atq; interitu: docuit enim quo pacto ortus differat ab alteratione, atq; motu secundū locū. Deinde quid sit augmentatio, qua ratione accretio efficiatur, & quomodo diuersa sit a nutritione: nunc verò ipsa disputationis ratio postulare videbatur, vt de singularum rerum ortu differeretur, sed quoniam fieri non potest vt rerum singularum ortus explicetur, ignorata ipsarum rerum materia proxima, de eadem statim Arist. insoruit disputationē. At quia proxima materia sunt quatuor elementa corporum, opinione omnium qui rectè & secundum rationem philosophos, de eisdem habiturus est orationem: atq; illas tractaturus quaestiones, vtrū principia sint, eorum quæ oriuntur atq; occidunt, an non. Deinde vtrum æterna sint, an quodāmodo transmutari possint. Quod si transmutari possint, vtrum sine discrimine a quo quoduis ex alio fiat: an sit aliqđ primum atque intransmutabile, ex quo efficiantur cætera: quemadmodum crederent Thales milesius, Anaximenes, Heraclitus, quod explicuimus lib. 1. de phys. ausc. & cap. 1 & 2 hui⁹ libri. Sed quoniam hæc quaestiones quæ ad explicandam elementorum naturam pertinent, explanari non possunt, nisi quædam alia prius tractent⁹, de illis est ante cō. differendum. Ea sunt, quid mistio sit, quid actio, & passio. Quid tactus: hoc tamen cap. 6. Arist. de tactu disputat, qui primum omnium necessarius est ad efficiendā transmutationem elementorum, necesse est enim se tangant, quæ se transmutare debent.

Quæstiones
explicandæ
de elemētis

Cap. 6.

Sed quoniam de materia, de quæ vocatis elementis primum dicere oportet, sint, non sint, & vtrum ea singula sempiterna sint, an fiant aliquo modo, & si fiunt, vtrum alterū

COMMENTARIUS.

ex altero vicissim cuncta eodē modo fiant, an ipforum vnum aliquod primum sit, idcirco necesse est, pri^o de ijs dicamus, quæ nondum definita sunt.

P Rincipio igitur proponitea de quib^o differendum est. Antequā de rerū singularū ortu disputetur, oportet inq^t, agere de materia: secunda inquā & quæ proxima vocatur, rerum omnium quæ oriuntur atque occidunt. Huiusmodi vero materia sunt quatuor vocata elementa corporū, ignis, aer, aqua, terra. de elementis vero quæ stiones ista examinanda sunt, vtrum ipsa sint principia corporum, necne. Si sint principia, vtrum transmutari possint, an nō. Si sint transmutabilia, vtrum omnia inuicem transmutentur, an sit aliquod primum in quod mutantur cætera: & quod transmutari in alia non possit. Has verō quæstiones omnes agit Arist. lib. 2.

Oēs enim tum qui elementa, tum etiam qui ex elemētis constituta gignunt, discretione & concretione, præterea efficientia & perpeffione vtuntur. Est autē concretio mistio. Sed quomodo mistionem fieri putemus, non plane definitum est. At nullo efficiente, neque patiente, nec alteratio, nec discretio, cōcretio ve fieri potest. Nam qui plura faciunt elementa ij mutua ipforum efficientia & perpeffione gignūt, & qui ex vno generant ij quoque efficientiā fateri conuincuntur.

Arist. His verbis nos docet necessarium esse, vt de mistione, actione, & passiōe, tractemus, priusquā superiores explicetur quæstiones. Hoc probat, more suo, argumento videlicet sumpto ab autoritate, & testimonio antiquorū philosophorū. Oēs siquidē veteres philosophi siue qui vnū solū aiunt esse elemētū, siue qui plura, quod facile eorū verbis constare possit, existimant ad efficiendū rerū singularū ortū necessariam esse actionem, & passionem. Quod in hūc

modū persuadetur, nam qui secretionē putant fieri rerū ortū, non possunt ita exire. mare nisi concedant esse aliquid quod agat, & similiter aliquid quod patiatur: quod segreget inquā & quod segregetur: cōgregatio præterea elementorū qua illi vtūtur, nihil est aliud quā mistio quæ dā: quare de actione, passione, & mistione agere in primis oportet. Ob eam rem maximē, quæ neq; a nobis hæctenus, neq; etiam a quopiam antiquorū philosophorū exactē, & perspicuē dictum est qua ratione mistio efficiatur: quāquā illud aperte constat, nihil posse alterari, segregari, aut congregari, nisi aliqd sit quod agat et aliquid quod patiatur: quod spectantes qui plura statuunt elemēta corporū, libetē ferūt, ortū effici per actionē atq; passionem: at vero qui vnū tantum principium esse aiunt, vel coacti ipsa veritate fateri debent actionem esse & passionem.

Et quidem illud recte asserit Diogenes, nisi ex vno cuncta essent, inter se vicissim facere, ac pati nō posse. vbi causa nec calidū frigescere, nec hoc rursus affici calore. Aut em̄ calor in frigus trāsit, aut in calorem. Sed subiectum varie proculdubio afficitur. quamobrem quæ faciunt, & patiuntur, horum vt sit vna subiecta natura, necesse est. Non igitur omnia, sed ea talia esse verū est dictu, in quibus inest huiusmodi vicissitudo. Ceterum si de faciēdo & patiēdo, deque mistione disputandū est, de tactu quoq; disseramus oportebit. Nam quæ inter se pertingere nequeunt, ea ne facere quidē, nec pati proprie valēt. Nec nisi quodāmodo tangētia misceri primū possunt. De his ergo trib^o differēdū est, qd est tactus, qd mistio, qd denique facere.

Obiter laudat Diogenē hoc loco Arist. quoniam sententiam quandam protulit, Diogenē cur Arist. laudat. qua eius opinio cōfirmatur. Ait enim Diogenes quod nisi omnibus quæ transmutantur subiecta esset vna & communis materia nihil omnino vicissim agere, aut pati posset: quoniam

quoniam omnia quæ inuicem agunt, atque patiuntur necesse est habeant aliquod commune subiectum quod vnum sit: etenim quod calidum est, fieri frigidum non potest, & rursum calefieri nisi calido & frigido sit aliquod vnum subiectum commune secundum quod fiat transmutatio: & quod modo calorem suscipiat, modo frigus. Cùm calor & frigoris materia non sit, neque frigus calor. Quam rem commentarijs ad librum primum de phys. auscult. ac curatius explanauimus: admonet tamen Arist. cum ait, non igitur omnia sed ea scilicet, quod etiam si omnibus quæ inuicem agunt, atque patiuntur sit aliqua vna communis materia quæ sit subiectum transmutationis, non est necessarium vt omnia quæ agunt aliquid in aliud similem habeant materiam. Nam corpus celeste perpetuò agit, atque influit in hæc inferiora, atque diuersam habet materiam a materia rerum generabilium & corruptibilium, quemadmodum commentarijs ad librum primum de phys. auscult. dictum a nobis est, & dicemus vberius. Statim subiungit Arist. non solum agendum esse nobis de actione passione, & missione, sed etiam de tactu: rationem primum illam reddit, quoniam solum ea quæ se vicissim tangunt propriè agere, aut pati possunt. Deinde quia illa quæ permiscetur, necessariò se tangant, oportet. Igitur hæc nobis explicari debent, missio, actio, passio, & tactus: alioqui non satis assequi poterimus ea quæ ad explicandam elementorum naturam pertinent.

Hinc autem ordiamur, siquidè necesse est, quæ miscentur, ea se mutuo contingant, ac per inde ea, quorum alterum efficit, alterum patitur propriè. quamobrem de tactu primum disputare commodissimū erit.

Quid horum primum explanandum sit docet Arist. inquitens: hinc, id est a tactu, cuius proximè fecerat mentionem, exordium esse sumendum: ratio est quia tactus missio nem antecedit. Similiter etiam actionem, atque passionem. Solum enim miscentur quæ facultate prædita sunt tangendi se, agunt etiam atque patiuntur omnia per contactū.

Vt igitur cætera fere singula nomina multifariâ dicuntur, hæc æqui uoce, illa diuersa ab alijs prioribusq; sic item tactus multifariam dicitur. proprie tamè dict⁹ ijs adest, quæ situm obtinent. Situs vero ijs tandem, qui locum sortiuntur. Nā mathematicis similiter tactum & locum reddere conuenit. Siue illorum quodque separatum est, si quo ue alio modo se se habet. Ergo si contingit (vt supra statuimus) vltima simul habere, illa demum inter se contingunt, quæ cū discretas magnitudines, & simul obtineant, extrema simul habent. Sed quoniam situs ijs adest, quib⁹ & locus, estque loci prima differentia supra & infra, & talia de numero oppositorū sunt, nempe omnia, quæ contingūt inter se, grauitatem habent, aut leuitatem, vtramque vel alteram. Porro quæ talia existunt, ea passiuæ & effectiuæ sunt. Ex quo intelligitur ea inter se contingere apta esse, quorum magnitudinum disiunctarum extrema simul sunt, apta inter se moueri, ac vicissim mouere.

Dixit in primis agendum esse sibi de tactu: sed quoniam ex nominibus, alia multis modis dicuntur, alia vero vno dumtaxat modo, querit initio Arist. Vtrū tactus sit nomen multiplex, quod æqui uocū vulgò appellant, an potius vni uocum, atque simplex. Respondet quod tactus sine dubio ex eorum numero est quæ multipliciter dicuntur. verum cum nomē multiplex duplici genere contineatur, aliud enim est quod multa diuersa æqualiter significat, aliud verò licet multa significet, non significat eadem æqualiter, sed hoc primò, illud per respectum ad id quod primum est, de quibus nos multa diximus commentarijs ad Aristot. categorias, sanè tactus in posteriori genere æqui uocorum reponitur. Habet enim duplicem intellectum, vnū propriū, alterum impropriū: quorum vtrumque

Vtrum tactus sit nomen multiplex.

COMMENTARIUS.

Tactus qui
bus in re-
bus in sit.

in praesentia Aristot. explanat: tactus igitur proprie in his rebus reperitur, quae sunt alicubi positae & materiae coniunctae, atque in loco sunt. Id genus sunt res naturales: quae verò separatae sunt a materia, ut mathematicae magnitudines tangunt se, at improprie, sicut improprie existunt in loco. Hinc colligit quod si tangere se ea dicuntur in commune quorum extremae sunt simul, qua definitione usus est Aristot. libr. 5. de phys. auscult. illa se tangunt omnia quae habent magnitudines definitas: & situm habent, atque locum. Sed quoniam nos de rebus agimus naturalibus quae vicissim generantur, & corrumpuntur, ea se tangunt dumtaxat, quae positionem habent, & in loco sunt, & mutuo agunt, atque patiuntur: hinc colligo quatuor esse necessaria ut res aliqua naturales se tangant. Primum ut sint duae res inuicem differetiae, & separatae, quo nomine partes eiusdem continui non se tangunt, differetiae enim non sunt. Secundo necessarium est ut habeant positionem. Verum tamen cum positio duobus modis usurpetur, primum enim positio dicitur habitudinem partium inter se, atque in ordine ad locum. Secundo habitudinem partium inter se sine respectu ad locum; cum dicimus quae se tangunt positionem habere, sumimus positionem priori intelligentia: hinc fit ut magnitudines de quibus agunt mathematici proprie se non tangant, quia non dicunt respectum ad locum: sed inter se dumtaxat. Illae enim non sunt in loco per se, sed ratione corporis, in quo sunt, tanquam in subiecto. Tercio oportet ut vltima simul sint eorum quae se tangunt, id est, quod inter ea corpora non sit interiectum aliquod aliud corpus diuersi generis. Postremo ut sint agentia, atque patientia. Sic ut vnum agat, aliud patiatur. Ea verò quibus insunt omnia quae numerata sunt, proprie se tangunt: & naturali contactu. Ea verò quibus quidpiam deest, eorum quae diximus, improprie se tangunt, & quidem siue haec proprie se tangant, siue improprie, definiunt ab Aristot. libr. 5. de phys. auscult. quorum magnitudines coniunctae sunt. Quod autem ea quae proprie se tangunt, necessario aliquid agant, & patientur, syllogismo probat Aristot. (caetera enim manifesta sunt,) is hoc modo colligitur. Quae se tangunt proprie, & secundum naturam in loco esse

Quae sint
necessaria
ut aliqua se
tangant pro-
prio.

Positio bi-
feriam dici-
tur.

et mutuo
os illi
isiam nom-
201

Syllogis-
mus.

oportet, ergo vel sursum, vel deorsum: probo consequentiam quia sursum, atque deorsum primae sunt loci differentiae, ergo grauitatem habent aut leuitatem, aut vtrumque simul: ignis enim leuitatem tantum habet, quia sursum est simpliciter, aer & aqua partim grauias sunt, partim leuia, atque ideo medium occupant locum. Sed quae grauias aut leuia sunt, qualitates habent alias contrarias, nempe primas: quae qualitatibus contrarijs constant, vim habent agendi, atque patiendi: ergo illa se tangunt proprie quae discretas habent magnitudines, sed partes extremas ita coniunctas habent, ut se mutuo mouere atque moueri possint.

Sed quoniam motor non similiter mouet rem motam. Sed hic dum mouet, ut idem moueatur, ille immobilis maneat necesse est, profecto de faciente eodem modo nobis est dicendum. Nam qui mouet, hunc aliquid facere aiunt. & qui facit, is quoque mouere dicitur. Caeterum discrimen existit, & definitione opus est. Neque enim fieri potest, ut oem mouens efficiat, siquidem efficiens patienti opponitur. hoc vero quibus motus est affectio, est autem affectio quatenus modo alteratur ut album vel calidum. At mouere latius patet, quam efficere.

Quemadmodum ostendit paulo superius esse aliqua quae se proprie tangant, ea videlicet quae mutuo sunt motiua, atque mobilia, aut quae agunt simul & patiuntur ab eo in quod agunt, sic probat esse aliqua quae improprie se tangant. Ea inquam quae non sunt inuicem actiua, & passiua. Ad eam rem efficiendam duo accipit, vnum est, quod ut est duplex mouens, vnum quod cum moueat, mouetur: cuiusmodi est caelum: alterum quod immotum manens dat cuncta moueri, ut deus opt. max. ita quoque agens est duplex, vnum quod cum agit, patitur ab eo in quod agit: ut ignis: cuius vires dum aquam lambit ac dissipat ab aqua hebetantur, & retunduntur. aliud vero quod non potest ab eo quidpiam pati, in quod agit: prior pars demonstrata est ab Aristot. libr. 5. de phy

Quae non
se tangant
proprie.

Duplex
mouens.

Duplex
agens.

Aliud est
mouere,
quã agere.

de phys. auscult. Posterior probatur ab eodem, quorũdam philosophorum antiquorum testimonio, qui existimabant idem omnino esse mouere, atque agere, moueri, & pati, quãuis hanc sententiam non putat veram esse, aut cum ratione coniunctã: alterum quod accipit est diuersum esse mouere atque agere; moueri, atque pati: nam mouere latius patet, & generalius est, quã agere; hanc sententiam confirmat Aristot. huiusmodi syllogismo, pati solum illã res dicuntur quæ permutantur secundum qualitatem quæ ad tertiam pertinet qualitatis speciem, & patibilis qualitas nuncupatur, vt cum quidpiam ex calido fit frigidũ, aut ex candido, nigrum, ergo agere est alterare, & permutare qualitatem: probo consequentiam: quia agere atque pati contraria sunt; contrariorum vero consequentia sunt contraria. At proculdubio sunt nonnulla quæ mouent, & non permutant rem secundum qualitatem, vt quæ mouent ad locũ: etenim cœlestis corpus ab aliqua virtute mouetur secundum locum, ab ipsi inquam intelligentia, at non alteratur: neque enim abiicit, aut suscipit qualitatem aliquam earum quæ patibiles vocantur. Cum sit cœlum cap. 3. lib. 1. de cœlo prorsus alienum ab omni alteratione: vt eo loco dictum est a nobis, atque monstratum copiosius. Quare diuersa sunt mouere, & agere. Moueri & pati. vnde fit vt rectè dictum sit mouere esse generalius: quam agere & moueri quam pati: & sanè Arist. vnã tantum hypothese[m] accipit cuius posteriora verba pertineant ad explanationem partis prioris. Vt ex verbis eiusdem constare nullo negotio possit: sed nos vt sententiam verbis superioribus comprehensam planius intelligeremus, atque eandem interpretaremur alijs, duas partes eiusdem facere in animũ induximus: hac hypothese[m] accepta quæstio stem absoluit Arist. ea est, vtũ omne quod mouet, rem tangat, quam mouet. Quod facit hoc loco, atque his verbis,

Illud igitur certum est, a mouentibus quodammodo mobilia cõtangi, alias secus, at in vniuersum contingere eorum esse definitur, quæ cũ sitũ habeant, alterũ mouere, alterũ moueri apta sunt. Mutua vero mo-

uẽdi vicissitudo ijs adest, quibus facere & pati. Tangẽs ergo quodammodo magna ex parte tãgit id, a quo tãgitur. fere nãq; oĩa sensui nostro familiaria ita mouẽt, vt ipsa quoque moueantur. In quibus necesse est, & sic apparet, vt quod tãgit, idem a tacto contingatur. Quodammodo vero interdum quod mouetur tantũ a mouente tangi dicimus, non etiã tãgens a tacto cõtangi. Sed quæ eiusdem generis sunt dum mouent ipsa quoque mouentur, necessum esse videtur, vt quod cõtangit, ipsum vicissim contingatur. Quare siquid mouet, cũ ipsum immobile sit, ab hoc mobile tãgetur, ipsum vero a nullo. Interdũ nãq; qui nos mœrore afficit, ab eo tãgi dicimur, ille a nobis non itẽ. Ac de tactu quidem, qui ad res naturales pertinet, ad hunc modum definitum sit.

Respondet itaque propositæ quæstioni, dicens, eorum quæ mouent, quædam tangunt ea quæ mouent, alia, minime. Illa em̃ mouentia quæ cũ mouent, agunt in ea quæ ab eis mouentur, ppriè se tangunt. Quãdoquidẽ, vt diximus paulo superius, vt aliqua se tãgant, necesse est, vt mutuo sint actiua, atq; passiuã: illa verò mouentia quæ cũ alia moueant, non agunt in eadem, transmutando secundum qualitatem patibilem, non dicuntur propriè se tangere. Quare cœlum etiam si moueat mixta oĩa, atque etiam quatuor vocata elementa corporum non tangit elementa, aut mixta corpora: quia nõ agit in eadem. Hinc colligimus Arist. opinione, q̃ tactus bifariam vsurpatur: primum enim habet generalem quandam significationẽ, secundum quam dicimus tangere se omnia quæ sunt in loco posita, & extrema coniuncta habent: siue agant inuicem, & patient. Siue nõ. Quo sensu dicuntur se mutuo tãgere mathematica, & cœlestia corpora. Dein de tactu cõtrahitur, & ea solũ amplecti quæ mutuo agunt atq; patiuntur. hoc accidit, vt mutua fiat actio atq; passio. Magna vero ex parte, inquit Arist. ita contingit, vt quod tangit etiam tangatur ab eare quam

D 5 tangit

tangit, quoniam ferè omnia quæ sub cælo sunt, quæ & oriuntur & intereunt, simul agunt, atque patiuntur ab eo in quod agunt. Nam nisi tangendose vicissim agerent, & paterentur non possent inuicem transmutari. Etenim si vnum elementum. v.g. aqua, aerè tangat, necessarium est vt ab eo etiam tangatur quia generantur & corrumpuntur per contactum mutuum: cum aut accidit, vt quod mouet nihil patiatur ab eo quod mouet, id tangit aliud. At non tangitur. Dicitur enim nos tangit mœrore, & ab eo etiam tangi qui nos tristitia affecit. Nos vero ipsum non tangimus, qui mœroris causa fuit. Sed is non est verus atque germanus contactus. Statim epilogum facit, dicens, satis esse disputatum hæcenus de tactu qui pertinet ad res naturales, quoniam is est quæ rōto isto capite inquit Arist. atque hunc ab alijs dirimit.

Quæstio.

Vtrum omne quod agit in aliud agat tangendo seu per contactum, vt vulgò quæstio in medium adduci solet.

Cur quæstione tractemus.

I diligenter verba Arist. & quæ nos vt eadem explicamus, suis locis diximus, expendantur. neque studio pugnandi incumbere velimus, non dubium est quin lector aut auditor paulo curiosior, facile possit quæstionibus de re proposita satisfacere: & rationes omnes quotquot in contrariam partem induci solent, confutate, atque refellere: sed quoniam video hac via & ratione a plerisque veritatem in profundo positam acutius cerni, premam aliorum vestigia, atque eorum consuetudini morem geram. Rem tamen quam paucissimis possim exercebo. Est igitur quæstio sumpta ex Arist. verbis superiori cap. cum ait, non igitur omnia sed talia esse verum est dictu in quibus inest huiusmodi vicissitudo: videt autem quod non omne quod agit in aliud, tangat illud. Primum cælum agit in hæc inferiora illa vero non tangit, vt constat. Secundo simul aetherum rei sensibilis, vulgo sensibilis rei speciem vocant, agit in sensum, nam

Videtur quod non omne quod agit in aliud, tangat illud

- 1.
- 2.

facit vt sensus sit actione, at non tangit sensum. Tertio graua se mouent, agunt igitur at non tangunt, quandoquidè quæ se tangunt discretas & separatas magnitudines habere oportet. quartò magnes agit in ferrum, nam illud trahit ad se, non tangit tamen ferrum. Si quod agit in aliud, necessarium debet illud tangere aliquid esse quod fortius ageret in distans, quam in id quod proximum est: sol enim fortius ageret in ea quæ existunt in infima aeris regione, quam quæ sunt in media: quia melius hæc sua virtute tangere videtur. Atqui hoc plane falsum est. Ergo non est necessarium vt quod agit tangat id, in quod agit. Rursum quia iam agens solum ageret in aliud secundum superficiem, qua illud tangit, quod est absurdum: his atque alijs similibus argumentis falsa esse videtur Aristot. sententia, cum inquit. omne quod agit tangendo agere: verum eisdem non obstantibus statuo duas assertiones. Prior quod aliquo modo agit in aliud aliquo etiam modo tangit id in quod agit.

Secunda assertio: quod proprie agit in aliud verè atque proprie illud tangit. Vtraque assertio est Aristot. cap. superiore: & minime obscura est. Præsertim si nonnulla in memoriam reuocemus quæ dicta a nobis sunt cum Aristot. sententiam eodem ipso cap. nostris commentarijs illustratemus: vnum est quod mouere latius patet quam agere: mouent enim nonnulla quæ non agunt: alterum est, quod agere est rem aliquam permurare secundum qualitatem, non quancumque tamen, & sine discrimine, sed secundum passionem, aut patibilem qualitatem, atque hoc ipsum proprie, & germane agere dicitur. Tertium est, tangere, vt Aristot. nos docuit superiori proximo cap. bifariam vsurpatur, latissime enim patet, cum ad eas refertur magnitudines quæ discretæ sunt, & habent vltima coniuncta, etiam si nihil aliud addit, proprie verò tangere se dicuntur quæ præter ea quæ diximus illud habent, vt alterum habeat vim agendi, alterum patiendi: & prior quidem contactus Mathematicus appellatur, posterior naturalis. Nam in priori nulla ratio habetur facultatis agendi. In posteriori verò eius rationem habemus: his vt eumque positis, Nam plura de eisdem dicta sunt

3.

4.

5.

6.

1. Assertio:

2.

Accipimus aliquot.

sunt a nobis loco citato, assertio vtraque non est obscura: etenim quæ agunt, tangunt necessario ea in quæ agunt. Et quæ tangunt aliis, agunt in eadē: ut ex vtriusque vocis explanatione constat, ergo si propriè tangunt, propriè agunt, & si quouis modo tangunt, quouis modo agunt: secundo, quæ propriè tangunt cuiusmodi sunt res contra quatuor elementis contraria sunt. Contraria verò inuicem agunt, ergo quæ propriè tangunt propriè etiam agunt: postremò quæ propriè tangunt præter hoc quod contraria sunt communem habet materiam, quæ vero sunt id genus inuicem possunt transmutari, ergo quæ propriè se tangunt propriè agunt.

Rationes in contrarium soluantur.

Iam non est difficile rationes soluere, quas in contrariam partem initio huius questionis adduximus: adhibita inquam distinctio ne superiore: cælum igitur agit in hæc inferiora lumine, atque influentia, & eisdem tangit hæc inferiora, licet proximè non tangat eadem secundum corporaturam. Deinde simulachra rerum sensilium & agunt in sensus & tangunt eosdem. Sed vtrūque impropria ratione fit, non propriè atque germane. Grauius vero & leuius non mouent se, sed mouentur potius a generante ut est a me explicatum longiori oratione commentarijs in lib. 2. de phys. auscult. Quare non oportet ut se tangant, sed satis est ut virtute generatis attingantur: magnes etiam cum ferrum trahit in ferrum agit, non propriè tamē cum illud minimè permutet secundum qualitatem aliquam quæ passio sit vel qualitas partibilis, & ferrum quodammodo tangit, non quidem corporatura ipsa & magnitudine sed virtute. Utrum autem fieri possit, ut quidpiam fortius agat in distans quam in id quod proximè est, dicemus proximo cap. quo loco etiā dissoluemus postremam dubitationem. Etenim si cætera paria sint prius agit quod agit in cōiunctum, quam in id quod distat: si vero cætera paria non sint nihil prohibet non obseruari istam agendi, aut mouendi rationem.

Argumentum cap. 7.

Proxima disputatio, & superiori coniuncta, est de actione, & passione. Quæ est, ut diximus, necessaria ad missionem efficiendam: quæ ut elementa in-

uicem transmutentur, antecedere debet: de actione igitur ac passione disputare incipit cap. præsentis Arist. quam disputationem tribus capitibus absoluit. Pro consuetudine vero sua primùm narrat sententias aliorum philosophorum: quas excutit, atque examinat: & qua parte probabiles videntur esse, eas probat: improbat autem qua parte sunt improbabiles. Hoc præstat septimo, atque octauo ca. Deinde quid ipse sentiat de re eadem, nos docet.

Cap. 7.

Proximum est, ut de faciēdo, & patiēdo differamus. quibus de rebus suboppositas sententias a maioribus accepimus. Nā plurimorum est cōsensus, simile a simili nihil aptū esse pati. cū alterū altero nihilo magis vel effectiuum, vel passiuum sit. oīa enim similiter eadem vtriusque adesse, dissimilia vero, & diuersa inter se vicissim efficere, & pati apta esse.



Pincipio de ingenio atque natura actiuorum & passiuorum disputat Arist. atque inquit qualia esse oporteat quæ agere & pati debent: similia ne, an dissimilia. ait itaque de questione proposita duas fuisse ab antiquis traditas sententias, atque illas inter se diuersas, quas suboppositas vocat: prior igitur opinio, cuius nam sit ex veteribus non satis constat. Nisi quod, ut ego mihi persuadeo vulgata illa erat, atque ob eam causam Arist. autoris eiusdem non fecit mentionem: inditium est quod Aristot. scribit his verbis: nam plurimorum est consensus. Quicumque igitur autor fuerit, aiebat agens & patiens contraria esse oportere, aut dissimilia. Neque fieri posse ut simile agat in sibi simile: aut ab eo patiatur. Adducitur in hanc sententiam argumētis duobus, quorum prius ab Aristot. traditur his verbis, cum alterum altero nihilo magis vel effectiuum, vel passiuum sit. Illud sic colligitur, si similitudo esset agendi causa, nulla esset ratio, cur potius vnum in alterum ageret, quam

Qualia esse oporteat, quæ agere & pati debent.

1. Sententiā. Cur autorem huius sententiæ Aristot.

1. Ratio. Ad hanc sententiā.

COMMENTARIUS.

2. quã mutata ratione. Cùm in vtroq; sit agendi causa, nempe similitudo. Quare similitudo non est agendi principium. Secunda ratio est: si simile a simili patiat, eadem res a se ipsa pati poterit, nihil est enim tam alteri simile quã idem sibi ipsi. Hoc aut fieri nõ potest, quando quidem vnũ quodque expetit se ipsum conseruare, naturæ appetitu, & declinat ea quæ nocitura sunt: diluunt tamen huius sententiæ autores rationem quandam qua effici videtur, quod simile a simili patiatur: hanc tangit Arist. cùm ait.

Quod si minor ignis a maiore intercipitur, contrarietate esse in causa. Multum enim paruo contrariũ esse.

Cõtra hãc sententiã. Ratio.

Respondetur.

Cur maior ignis maiorem absumat.

Videmus minorem ignem a maiori intercipi, atque corrumpi, similis autem est maior ignis minori, cùm sit vterque ignis, ergo a simili potest pati quidpiam. Et non semper a dissimili. Respondet qui in ea sunt opinione, ignem minorem pati quidem a maiore, ac non patitur ab eo vt similis est, hoc est vt est ignis, sed vt est dissimilis secundum quantitatem. Alter enim maior est. Minor alter, hoc loco meminisse oportet ex aliorum sententia dilutam esse obiectio nem, & causam redditam cur minor ignis, exigua inquam fax in rogam coniecta dissipatur a maiore igni. Nam Arist. aliam rationem reddit cur ita contingat longè diuersam. lib. de longitudine & breuitate. Rursum. lib. de iuuenta, & senectate testatur, q̃ maior flamma ex accidenti maiorem corrumpit, nõ per se: quoniam maior dissipat, & absumit pabulum flammæ minoris: atque ita fit vt ea consumatur.

Democritus vnº peculiarẽ præ ceteris induit persuasionẽ. Ait. n. idẽ, ac simile esse quod facit, & quod patitur. Nã diuersa differẽtiaque fieri non posse, vt alterũ ab altero patiatur. Quod si quæ diuersa sunt, ea quod quam inter se vicissim efficiunt, non qua diuersa sunt, sed qua idem quid quã adest, hoc eis vsu venire. Quæ igitur a maioribus dicta sunt, ad hunc modum se se habent.

His verbis etiam constat vulgarem esse, & omnium fermè philosopho um, explicatam a nobis hæctenus sententiam. Cùm dicat vnũ Democritum cõtrarium asseruisse: refert igitur in præsentia de natura agentis, & patientis democriti opinionẽ: is arbitrabatur pati simile a simili, non autem a contrario, aut dissimili. Quare omnia quæ agunt mutuo, atq; patiuntur, similia esse oportet. Hinc fit, ait ille, vt candidum non agat in dulce, quoniam hæc ipsa similia non sunt: sed prorsus dissimilia. Si quis autem obijciat accidere aliquando vt dissimilia, & cõtraria inuicem agant, & patiantur: vt calidum & frigidum. Humidum & siccũ. Respondet Democritus ea ipsa non agere inuicem vt contraria sunt, sed potius vt similia. Omnia enim contraria, eo nomine sunt si nihil quod comprehendatur eodem genere, vt ex cõtrariorum finitione deprehendi potest, in categorijs.

Democriti opinio de natura agentis, & patientis.

Obiectio- ni respondet Democritus.

Cæterum ad hunc modũ differẽtes subopposita dicere videtur. cuius cõtradictionis causa est, quia cũ aliquid totũ consideradũ esset, quandã partẽ vtrique dicunt. Nã quod simile est, ac omni prorsus discrimine vacat, hoc ne a simile patiatur, ratio est. Cur enim hoc, quam illud potius erit efficiens? iam si a simili quidquã pati potest, idẽ quoq; a se ipso patiatur licebit. quod si hæc ad hunc modum se se habeant, nihil esse possit interitus, ac motus immune. Nã si simile in eo quod est simile, efficiens est, vniuersum se ipsum mouebit. Si milis est eius ratio, quod est omnino diuersum, & nequaquam idem. Nam neque albedo a linea quidquã pati valeat, nec linea ab albedine, nisi forte ex accidenti. Si verbi causa vsuueniret, vt linea esset vel alba, vel nigra. Haud enim ex natura excluditur alterum ab altero, quæ neque opposita sunt, neq; ex oppositis constat.

Numẽ-

Dirimit Ari contro uerſiam. Numerauit vtranz; ſententiã, & ratio- nes attrulit quibus in eã veteres ſunt addu- cti. Nũc verò Ari. tanquã iudex honorarius controuerſiã dirimit: ait itaq; neutros rectè dixiſſe, in cauſa eſt inquit Ariſt. quia nõ di- ligenter inſpexerũt vim vniuerſam, atq; na-

Agendi ra- tio non eſt ſimilitudo. turã, eorũ quæ inuicem agũt, & patiuntur: ſed partem tantũ artigerunt. Fieri enim ne- quit vt quod eſt omnino ſimile a ſimili pa- tiatur. Alioqui non hoc magis quã illud a- gere, aut pati dicitur: & idẽ a ſe ipſo patie- tur, cũ ſit tibi maximè ſimile: atq; hinc fiet vt nihil æternũ eſſe poſſit, ſed omnia ſint corruptibilia. Quia cũ a ſimili patiantur, ſi non ſupperat aliud a quo pati poſſint patie- tur omnia a ſe ipſis, quo nihil põt eſſe ma- gis abſurdũ. Quemadmodũ lib. 8. de phyſ. auſcult. & lib. 1. de celo, & multis locis pri- mẽ philoſophiæ præſertim lib. 12. monſtra- tũ eſt. Non ergo agendi ratio, eſt ipſa ſimili- tudo, ſimiliter inquit Ariſt. non eſt coniu- ctũ cũ ratione vt penitus diſſimilia, atq; di- uerſa, mutuo agant, & patiantur. Linea em̄ a candore pati non poteſt, quoniam vtũq; eſt, præſus diſſimile. Si quis autẽ dicat lineã pati ab ipſo candore, cũ ex nigra cãdida ef- ficitur, reſpondet Ariſt. hoc non contingere per ſe, ſed ex accidenti. Querimus autẽ cauſam cur vnũ ab altero patiat per ſe: candor enim adueniens lineæ eius naturã non immutat quoniã non eſt lineæ contra- rius: ſolũ enim ea per ſe naturã aliorum im- mutant, quæ vel contraria ſunt. Vel orta ex contrarijs.

Sed quoniã nõ quoduis ad patie- dũ, ac viciffim efficiendũ eſt aptũ, ſed quæ cõtraria ſunt, aut cõtrarie- tatẽ habet, idcirco necelle eſt, vt ef- ficiẽs genere quidẽ ſimile, idẽq; ſit, atque patiens, ſpecie vero diſſimile & oppoſitũ. Corpus enim a corpo- re, ſapor, à ſapore, a colore color, in ſumma a cognato cognatũ, vt pa- riatur aptum eſt. Cuius cauſa intel- ligitur, quia cõtraria quæque in eo dẽ genere ſũt. Porro cõtraria inter ſe faciũt, & viciffim patiũtur. Qua re efficiens & patiens quodã modo eadẽ, alias diuerſa inter ſe, ac diſſi- milia ſint, necelle eſt.

Vbi oſtendit Ariſt. neutrã ſententiã ha- ctẽ explicatã probari poſſe, quid ipſe de natura agẽtis & patiẽtis ſentiat paucis nos docet. Atq; iſta ſtatuit hæc aſſertionẽ: quæ viciffim agũt, & patiuntur, neque omnino ſimilia eſſe oportet, neque diſſimilia, præſus ſed necelle eſt partim ſimilia eſſe, partim diſ- ſimilia, ſunt enim genere ſimilia, quoniam ſub eodem genere cõprehendũtur diſſimi- lia vero ſecundum ſpeciem. v. g. cãdidũ, & atũ, calidũ & frigidũ, quia inuicem agunt & patiuntur genus habent cõmune, ſi qui- dẽ candidũ & atũ ſub colore exiſtunt, ſpe- tie vero diuerſa ſunt, quoniã alia eſt cando- ris ſpecies, alia nigroris. Similiter calidũ & frigidũ ſimilia ſunt genere, cũ exiſtãt ſub paſſione, aut patibili qualitate, ſpecie verò diſcrepãt quia alia eſt forma atque ſpecies caloris, alia frigoris. Ratiõẽ vero probatur aſſertio quæ ſic colligitur. Contraria partim ſimilia ſunt, partim diſſimilia: quæ viciffim agunt & patiũtur, contraria eſſe necel- ſe eſt, ergo quæ viciffim agũt & patiuntur partim ſimilia ſunt partim diſſimilia. Dif- curſus eſt legitimus. Maior etiam eſt mani- feſta, cũ agens & patiens ſecundũ qualita- tes cõtraria ſint: atq; id experimẽto depre- hendi facile poteſt. Minor probatur: inam contraria omnia ſimilia ſunt genere, ſpecie vero diſſimilia, hoc licet ex definitione in- telligere: nã quia contraria ſunt poſita ſub eodem genere conueniũt genere, & quia maxime diſtant, & mutuo ſe expellunt, pro- culdubio diuerſa eſſe oportet ſecundũ ſpe- tiem. Ita ſit vt agens atque patiens materia conueniant, forma vero diſcrepent: nã ge- nus materiæ rationẽ habet. Quare quæ gũ re conueniũt ſimilẽ habent materiã: ſpe- ties autẽ a forma ſumitur: quare formã di- uerſam habent, quæ agunt & patiuntur. Ex his quæ diximus duo colligit Ariſt. conſe- ctaria: alterum his verbis.

Sed qm̄ patiens & efficiẽs, genere eadẽ, et ſimilia, ſpecie diſſimilia ſũt, & cõtraria talia exiſtũt, haud dubie contraria & media paſſiua inter ſe ſe atque effectiua ſunt. Nam omni- no interitus, & generatio in his ſi- ta ſunt. Cum ſit conſentaneum, vt ignis calore, frigidum frigore af- ficiat.

Illud

COMMENTARIUS.

1. Cōfectū. Illud est. Contraria & media inuicē sunt actiua & passiua. Hoc probatur: quoniam actio est inter contraria vel media, lib. 1. de phys. auscult. generatio autē & corruptio quædam actiones sunt, ergo generatio & corruptio sunt inter contraria. Vnde fit vt agens atque patiens sint contraria.

Breuiter vt efficiēs simile sibi redat patiens. efficiēs enim & patiens contraria sunt. Fitq; generatio in contrarium. vt si necesse, patiens in id transeat, quod facit. sic futura in contrarium generatione.

2. Cōfectū. Illud est. Agens cupit sibi simile efficere id in quo agit. Rem probat, quoniam, vt dictum est, actio inter contraria existit, atque efficitur. v.g. quod candidū erat, nigrū fit, ab eo quod est actū nigrū, transmutado cā dorem & atrorem efficiendo. Deinde ex fine constat: si quidem cum agens simile produxit, vt ignis ignem, cessat actio, ergo agebat agens vt simile efficeret.

Itaque secundum rationem licet ij non eadem dicant, vtrique tñ naturam attingūt. Interdū nāque subiectū pati dicimus, verbi causa hominem sanari, calefcere, aut refrigerrari, & cætera ad eundem modum, quandoq; frigidum calefcere, ægrū sanari, & vtraq; vera sunt. Eadē est efficiētis ratio. Iā. n. hominē, iam calidum calefcere dicim⁹. Quodā. n. modo materia, alias contrariū patitur. Qui ergo ad illud spectabāt, aliquid idem efficiēti, & patienti adesse oportere putabant, qui ad alia, contrarium.

Hoc loco varias atque pugnātes sententias antiquorū philosophorum componit Arist. inter se, atq; eisdem excusat ex loquēdi consuetudine. Nam cū actionem & passionem tribuamus tam rei subiectæ, quam formis, & qualitibus, tam enim dicimus, v.g. hominem sanari, quā ægrū: & hominē frigidum fieri, atque quod est calidum, in

frigidari: cursum etiam dicimus calidū, calefcere & similiter hominē calefcere contracto iam calore. Si quidē quodāmodo patitur subiectū, atq; agit quodāmodo forma ipsa: & contrarium, si subiectam materiam contemplerur, quæ agunt & patiuntur similia sunt: conueniunt enim materia subiecta. Et hinc vera est democriti sententia. Si verò consideremus formas, & qualitates, quia illæ dissimiles sunt, atque cōtrariæ, vera erit illorum hominū opinio qui dixerunt, dissimile pati a dissimili. Atque huc sanē spectasse credendum est veteres philosophos, cum illam sententiam protulerunt.

Quæstio.

Vtrum idem in seipsum possit agere.



Vmpta occasione ex verbis

Aristor. quo loco sententiam democriti confutat vertitur in quæstionem, vtrum fieri possit, vt idē agat in seipsum quam ego facile absoluā, vt ad alia contēdere possim: nullis igitur ambagibus statuo hanc assertionem: fieri non potest vt idem agit in seipsum, aut a se ipso patiatur: hanc assertionē his argumentis veram esse conuincam. Primum est: si idem ageret in se ipsum idem moueret & moueretur, siquidem omne agens, mouet, & quod patitur mouetur, vt dictum est a nobis superius: at non potest idem omnino mouere, & moueri, esset enim simul actio, & potestate: aut potius esset simul, & non esset: cum id quod potestate tantum est, omnino non sit. Et quod est actio, simpliciter sit. Ergo non potest idem omnino agere in seipsum. Secunda ratio sumitur a minori: hoc pacto Non potest simile agere in sibi omnino simile, cum agens agat, vt sibi simile efficiat, quod demonstratū est paulo superius, ergo neq; aget idē in seipsū. Probo cōsequentiā, quia nihil est tam simile alteri, quā idem sibi ipsi. Tertia ratio, si idem ageret in seipsum, idem se ipsum corrumperet: quod est maximē absurdum: si quidem illud est vnicuique rei a natura triburum vt se tueatur, atque declinet, quæ

Vnde onē habeat quæstio.

Assertio. Nō potest agere idem in seipsum neq; a seipso pati.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Cōponit diuersas de hac philosophorū veterū sententias.

quæ videantur esse nocitura. Quod autem hoc consequatur probo. Nam agere, est rem permutare secundum naturalem qualitatem, hæc autem rem conseruat: quare si quidpiam potest se ipsum exturbare a naturali qualitate, se ipsum etiã corrumpet. Postremo, nihil omnino in natura rerum perpetuum esset. Quamuis enim contrarium non habeat aquo corrumpi possit idẽ se ipsum corrumpet. Hoc autem plane falsum est, etiam Arist. testimonio locis superius a me citatis.

Verum aduersus istam sententiã tot, ac tam validis argumentis a me corroboratã sunt aliquot rationes quæ eãdem videantur labefactare atque euertere: quas opere pretium fuerit dissoluere. Primum quidem ea sententiã falsa esse videtur, quia intelligere, & velle actiones sunt, atqui idem homo se intelligit, atque vult. Ergo in se ipsum agit. Dicendum est nihil omnino colligi contra nos huiusmodi argumentis, quoniam intelligere, atque velle veras actiones non sunt: quia hominem non exturbant a naturali aliqua qualitate: nos autẽ de vera actione loquimur.

Secunda ratio, idẽ mouet se ipsum, ergo ager etiã idem in seipsum. Si quidem ratio cur nitentur persuadere non posse idem agere in seipsum, ea fuit, ne idem seipsum moueat: antecedens probo, quia homo se ipsum mouet. Dicendum est, quod nõ omnino idem mouet se, neque secundum partem eandẽ, sed cum id quod se mouet duabus cõstet partibus vt homo, anima & corpore, similiter etiam quoduis animal, atq; plãta, altera parte mouet, altera mouetur. Homo enim secundum animam per se mouet, secundum corpus autem mouetur per se: quare idem omnino nõ potest mouere, atque moueri. Sed dicit aliquis nonne eadem anima se ipsam mouet, dicendum est quod se mouet ex accidenti. Mouet enim corpus per se illo moto, anima mouetur. Quia in corpore existit tanquam in materia. Tertio, aquæ puteales hieme calidæ efficiuntur, at non est quidpiam aquo calefiant præter se, ergo illæ se calefaciunt, atq; ex consequenti agunt in se: dicendum est, quod illæ non calefaciunt se, sed ex accidenti calidæ redduntur, videlicet per antiperistasis. Propellitur enim hieme calor vniuersus ad terræ viscera ne a frigore circumstante dissipetur, atq; hinc fit vt calidæ aquæ

puteales reddantur hieme: postremo aqua quæ igne incaluit, si ignem adimas, frigida redditur: patitur ergo frigus, atqui nihil est aquo patitur, hoc est efficiẽtẽ frigida præter se ipsam, ergo idem omnino in se ipsum agit. Dicendum est quod cum aqua ex calida frigida redditur, non omnino a se ipsa frigida fit, sed medio frigore, tanquam instrumento: atque id frigus non modò externum est, aeris inquam ambientis, sed etiam internum. Nam aqua nunquam omnino destituitur humore & frigore, quibus constat, licet interdum frigus minime sentiamus. Quare efficitur frigida a propria forma medio frigore. Adhuc permanente, tanquam instrumento: quare vera est sententiã nostra initio proposita, quod nõ potest idem omnino agere in se ipsum, vera propriaque actione: quæ rem exturbat a naturali qualitate.

Sit secũda assertio. Idem potest agere in se ipsum actione ea qua ad perfectionẽ cõtendit. Hæc assertio manifesta est, primũ quia nullum sequitur incommodum, eorũ quæ contra primam assertionem colliguntur. Deinde quia vt natura cuiq; datum est se ipsum conseruare, ita quoque eidem concessum est, parare quæ ad perfectionẽ propriam spectant. Postremo experimento cõprobatur, intellectus & voluntatis, quæ actum efficiunt intelligendi, & volendi; quare cum huiusmodi assertio plana atq; aperta sit pluribus rationibus minime indiget.

Ex superioribus colligitur quid sit agere, atque pati: agere enim est sibi simile efficere, id in quod quidpiam agit. Quare cũ simile aut dissimile dici contingat secundũ qualitatem, est enim maximẽ propriũ qualitatis quod secundum eam aliquid dicatur simile vel dissimile Arist. autore in categorijs, reddere simile aliud, est illud permutare secundum naturalem qualitatem. Pati vero est simile reddi, ei aquo quidpiã patitur.

Quæstio.

Vtrum simile possit agere in sibi simile.

Existit deinde quæstio altera quam nos quam breuissime possimus ab-soluemus: ea est, vtrum fieri alio quo modo possit, vt simile agat in simile

Ratio.

Soluntur rationes in contrariũ.

1.

2.

Obiectio.

3.

z Assertio.

Idẽ aliquo modo inte agere pot.

I

2

3

Agere quid sit.

Pati.

COMMENTARIUS.

Vnde orta disputatio in simile: quæ quidem quæstio ex ea disputatione ortum habet, quam cum antiquis philosophis habuit Arist. paulo superius de natura agentis atque patientis. Ergo ut expediamus quæstionem propositam duo nobis initio sumenda sunt, quæ nemo bene institurus negare possit: vnum est: fieri potest ut duo, quorum alterum habet vim agendi, patiendi alterum, ita inter se affecta sint, ut in qualitate tantum similia sint, vel qualitate, atque gradu. V. G. Si statuamus: duo calida, quorum vnū habet tres gradus caloris, alterum quatuor: vel quorum vtrūque tribus gradibus caloris præditum sit, atque constet: quæ verò qualitate sunt similia, aut oēs qualitates similes habet, ut duo ignes numero solum diuersi, aut vna tantum qualitate conueniunt, differunt altera: ut ignis atque aer: quibus calor communis est, cum discrepent altera qualitate.

2. Secunda hypothesis actio est duplex, vna recta, ut qua ignis aerem calidum reddat, ut manū cuiuspiam. Altera inflexa per similes motui pilæ cum in parietem impigit. His vteumque explanatis, nam probatione non indigent, aliquot statuo assertiones, quarum prima est.

1. Assertio: Fieri potest ut simile agat in sibi simile secundum vnā qualitatem, modo diuersum sit secundum alteram. Res exēplo ignis constat, qui cum communem habeat calorem cum aere, aerem immutat, dum illum in se conuertit, neque in ea re vlla existit dubitatio: neque hanc assertionem illum consequitur in eum modum, sed seruat optimè ratio agendi atque patiendi.

2. Assertio Secunda assertio. Simile secundum qualitatem potest agere in id quod secundum gradus eius qualitatis est dissimile: ut ignis in aquam non omnino calidam, aut in lignum, non omnino calidum: tamen si calore aliquo infectum sit. Neque id modo verum est, sed præterea simile agit in sibi omnino simile inflexa actione: aut ex accidenti.

Idem modo in se se ipsum: ut cum presente contrario quid agere possit Neque solum simile, sed idem etiam in se ipsum: ut cum presente contrario quid agere possit: ad se se recipit, & calidius aut frigidius efficitur antiperistasi. & sanè hoc non pugnat cum Arist. sententia. Nam ille negat per se, & recta actione quidpiam agere in se ipsum: aut in omnino simile. Præterea ille loquitur de vera actione quæ re exturbat a naturali qualitate, nostra vero sententia non pertinet ad huiusmodi actionem, sed

ad eam potius qua quidpiam contendit, ad suam perfectionem: cuius comparandæ in situs est rebus singulis natura appetitus: quemadmodum se tuendi, et conseruandi. Postremæ assertio est quam nobis Arist. tra **3. Assertio.** didit superius: simile non posse agere actione recta per se, veraque actione in omnino simile. Potissima ratio huius sententiæ ea est, quia presente fine ad quem contendit actio, cessat actio, agit enim quoduis propter finem: finis vero cuiusvis agentis naturalis est facere simile, ergo si sit iam effectū, nihil agit. Hæc si nos alta mente reponamus facile dissoluemus rationes omnes quibus quæstionarij contendunt probare, simile agere in sibi simile aduersus nostram sententiam. Properemus iam ad alia.

De facere autem, & pati eadem est intelligenda ratio, ac de moueri & mouere. Mouens enim bifariam dicitur. Nam & id, in quo principium motus inest, mouere videtur. (Est enim principium causarū prima) & rursus extremum quod mobile spectat, & generationem similes est efficientis ratio. Nam & medicum, & vinū sanare dicimus. Primum ergo motorem nihil prohibet in motu manere immobilem, atque adeo in quibusdam necessarium est, vltimus autem semper, dum mouet, ipse moueatur oportet. Item in efficiendo primus effector est impatiibilis, vltimus ipse quoque patitur. Nam quorum non est eadem materia, ea dum efficiunt, non patiuntur, ut medendi ars, quæ cum sanitate efficit, à conalescente nihil patitur. At cibus dum efficit, ipse quoque a liquid patitur, aut enim calefcit, aut frigescit, aut aliud quidquam patitur, dum efficit. Est autem medendi ars, ut principium, cibus, vltimum & tangens.

Efficientium igitur, quæ non habent formam in materia pati non possunt,

possunt, quæ habent possunt. Materiam enim similiter fere, eandem esse dicimus vtriusq; oppositorum perinde quasi genus sit. quod autem cale re potest, adsit modo quod vim habet calefaciendi, & admoueat, necessario calefcit. Ergo efficientium, quædam, ut diximus, impatibilia sunt, alia pati possunt. Ac ut in motu, sic res se se habet in efficientibus. Illic enim quod primum mouet ipsum est immobile in efficientibus primum efficiens impatibile.

Hactenus Aristotellam exposuit questionem quæ est de natura agentis & patientis: atque statuit agens & patientis oportere quodammodo esse similia, & quodammodo dissimilia. Similia quidem secundum materiam quæ communis atque eadem est agentibus inuisem, atque patientibus. Dissimilia vero secundum formas contrarias. nunc vero illam tractat questionem, an necesse sit ut quicquid agit etiam mutuo patiatur. hanc ut planiorem reddat accipit Aristot. quod eadem est ratio in eo quod agit & patitur. at que in eo quod mouet & mouetur: non quod omnino eadem sint, mouere enim & moueri latius patent quam agere & pati. nam agere est veluti species quædam mouere: licet non omnino species sit: quoniam, ut demonstraui in categorijs motus genus non est: sed quoniam latius patet mouere quam agere, eius genus videtur esse: sed similia esse dicuntur, quia quemadmodum in his quæ mouent, est aliquod primum mouens, in quo inest principium mouendi cætera, cuiusmodi est prima causa: & est aliud mouens, quod mobile spectat, & generationem: hoc est proximum est, atque coniunctum rei quæ mouetur, itaque quoque contingit in faciendis: ut aliud sit primum faciens, aliud proximum rei quæ alteratur, aut patitur. v. g. medicus atque vinum sanitatem efficiunt, at vinum proxime facit, medicus vero, ut primum faciens consideratur: rursus quemadmodum primum mouens non necesse est ut moueatur. imo vero immobile permanet, ne procedamus in infinitum in mouentibus: prima enim causa quam primum mouens

appellat Aristot. 8. lib. de phys. ausc. in mobilis manens dat cuncta moueri. quod idem Aristot. demonstrat loco citato: & lib. 12. de prima philosophia. & lib. de communi animi malum motu. atque in super lib. de mundo ad Alexandrum: sic etiam quod primum facit atque abiunctum est ab ipso patienti, non est necessarium ut cum agit, patiatur: quod exemplo medici constat. Medicus enim quamuis alteret ægrotum, adhibitis medicamentis, non oportet ut alteretur: quoniam non est proximum agens, & coniunctum patienti. Vir etiam peritus mouet animum eius quem instituit, at ipse minime mouetur dum docet. Constituit ergo Aristot. hanc assertionem parum obscuram: *Assertio sicut mouens proximum rei quæ mouetur mouere nullo modo potest nisi moueatur, itaque agens coniunctum patienti, cum agit, necessario patitur. rem exemplis probat: ut enim si manus baculum moueat, necesse est prius ipsa manus moueat, quod familiaribus experimentis deprehenditur, itaque quoque si medicus sanat ægrotum porrectis medicamentis, necesse est ut cibus ipse, aut medicamentum quod agit in corpus ægroti, ab eodem patiatur. cum enim vel cibus nutrire incipit, vel medicamentum alterare, tunc calefit vel frigesit, vel quouis alio modo variatur, ipsa autem medicina, aut medicus nihil omnino patitur. & medicina quidem est veluti primum agens cibus vero, aut medicamentum agens proximum, & coniunctum patienti. Appertius autem rem definit his verbis, quæcumque vel non sunt in subiecto, vel in subiecto existunt materię experte, hæc licet agant, nihil omnino pati possunt, ab eo in quod agunt. Ut medicina, & doctrina. Quæ quauis agant in aliud, quia sunt in anima quæ est materię experte, cum agunt in aliud, non possunt vicissim ab eo pati. in causa est vacuitas materię, vel penitus diuersa materia, hæc enim ratio patiendi est. Illa vero, quæ in materia existunt necessariò patiuntur, cum agunt. Nomine vero materię significat Aristot. id quod contrarijs omnibus subiectum est: & quasi genus. vocatur autem ab Aristot. materia quasi genus, primum quia ut omnia contraria habent idem genus, quod ex definitione constat contrariorum, ita quoque materiam habent eandem. rursus quemadmodum contraria non differunt ratione generis, ita neque res habent*

Aristot.

Aristot.

Eadem est ratio in eo quod agit & patitur, & in eo quod mouet ac mouetur.

em 70105
- 241 210
- mo 210
- 1949 210
- 1949 210

Pacientis duplex.

Materię nomine quid Aristot. hoc loco significet.

Cur materia genus appelletur ab Aristot.

E tes

COMMENTARIUS.

res materiam differunt ratione materiæ. Huius rei illam rationem reddit Aristot. quia si eandem habent materiam, eandem quoque potentiam habent suscipiendi contraria. Quare si proximè accédant, vnum ager in aliud. Habet enim facultatem suscipiendi qualitatem illam qua alterum agit. & vicissim ab eodem patietur. Quoniam quod agit etiam habet patiendi facultatem.

Est autem efficiens causa, quasi vnde principium motus proficiscitur, id vero cuius gratia, non est efficiens, itaque sanitas non est efficiens, nisi per translationem. Patiens enim dum efficiens adest aliquid eius fit. Presentibus autem habitibus non fit, sed iam est. Species porro, & fines habitus quidam sunt.

Adiunt dubitatione Arist.

Finis quo pacto moueat.

Remouet his verbis Arist. dubitationem quandam: posset. n. quispiam dubitare verum si nis ipse efficiat, qui est princeps causarum omnium, lib. 2. de phys. auct. & præterea incitit ipsum agens ad agendum. Respondet Arist. finis non dicitur proprie agere, sed abusuè, aut per translationem. Videlicet quia est contemplationis principium. mouet. n. agens ad agendum, at non immutat ipsum subiectum, neque formam conferat rei: cuiusmodi est sanitas: cuius gratia medicus agit. suam sententiam accuratissima ista ratione demonstrat: cum adest efficiens semper fit, & transmutat aliquid eius rei quæ contendit ad formam, quæcunque illa forma sit. nam interim dum agens agit, non omnino, atque perfecte formam accipit, id quod fit. cum autem finis præsens est, ad quæ pertinebat actio, res non amplius mutat, ergo finis non est efficiens causa. discursus est legitimus: & maior aperta, minor inductione constat, nam cum adest quantitas quæ accretione parari debuit agens non agit & dum adest calor, quæ præstare calidum situ debet, cessat eius actio. atque in cæteris simili modo, quare finis non potest verè, proprièque efficiens putari, nisi per translationem, vt dixi.

Finem quæ vocet hoc loco,

Habitus vid.

Finis appellatione hoc loco Arist. significat formam rei, aut habitum: nam omnis actio pertinet ad formam, vel habitum comparandum: & horum gratia fit, quicquid fit. vocat autem habitum non quidem qualitatem

quæ difficile possit a subiecto diuelli, nam eo præsentè agens multo melius solet agere. sed quoddam genus formarum quæ mutatione comparantur.

Materia vero, qua materia passiuum est. Ignis ergo calorem habet materia. Nam si quod calidum seipsum sit, hoc neutiquam patitur. Hoc igitur vt seiuictum sit, forsitam fieri non potest, at si qua talia essent quod dicimus, verum esset in eis. Ac facere quidem, & pati quid sit, & quibus datum, & cur & quomodo, habetenus.

Docuit finem non posse esse causam efficientem. Neque præterea formam, quæ cum fine, re idem est, diuersa tamen secundum rationem. nunc ait, neque etiã ipsam materiam habere vim efficiendi: vt constare possit, ex quatuor causarum generibus, quas lib. 2. de phys. auct. explicuit, solam illam causam habere vim agendi quæ efficiens sit & qua ratione efficiens sit. quando quidem neque forma, neque finis, neque materia eam vim habent. rem probat hoc modo: eidem non potest duorum oppositorum ratio conuenire; atqui materia quatenus materia est, habet vim accipiendi formam, atque patiendi, ergo non habet vim agendi: nota est consequentia, quia agere, & pati præsertim diuersa sunt. & primò quidem diuersa. cum constituat duas categorias. antec. probat inductione. Etenim si ignis patitur, solum patitur quia formam suam, nempe calorem habet in materia: nam si calor esset a materia separatus nihil omnino pati posset: hoc inde constat, quia quæ materia præsertim destituunt, atque vacat, nihil a quo pati possunt, cuiusmodi est deo opt. max. fortasse vero inquit Ari. nullo modo fieri potest vt calor existat separatus a materia, at si ita accidat, nihil prorsus patietur, quia in materia non est cui accipiendi vis, atque principium natura concessum est.

Animaduertat autem lector opinione Arist. accidere non posse vt calor, simileque qualitates a materia abiungantur, sed consequi necessario materiam.

Deinde epilogum facit eorum quæ dixerat, inquit, constat, quid agere sit. est. n. agere, vt diximus, reddere simile quod patitur ei quod agit: pati vero est, Reddi simile id quod

Materia non habet vim efficiendi.

calor a materia separatus omnino pati non potest

Agere;

Pati. quod

quod patitur, agenti. Vel formam induc-
tam ab agente recipere. Perspicuum est et-
iam quibus in rebus actio & passio repe-
riantur. Nam in contrarijs: & quam obré
in his. Nam quia communem habent ma-
teriã, quã possit contraria suscipere. & quo
tandem modo actio, & passio peragantur.
nimirum coniungendo agens patienti.

Quæstio.

Vtrum omne agens mutuò patiatur
ab eo in quod agit. quod vul-
gò quæritur, vtrum omne
agens in agendo re
patiatur.



Hanc quæstionem, quemadmo-
dum facile constare possit ex
superioribus, Arist. tractauit
admodum diligenter: ac nisi
intelligeremus esse quosdam
nimium morosos qui similes quæstiones
seorsum tractari volunt, coniectis in con-
trariam partem rationibus & argumentis,
proculdubio illis contenti esse poteramus,
quæ diximus, cum Arist. sententiam expli-
caremus. nunc verò ut his hominibus mo-
rem geramus, atque adiciamus nonnulla
quæ pertinent ad eandem quæstionem, il-
lã quãtã maxima fieri possit breuitate per-
stringemus: quam rem ut aptius doceam
in initio sciendum est, non simpliciter omne
quod agit in aliud, ab eo pati quiddam in
quod agit, sed seruari oportere leges quas-
dam: vna lex est, ut quod agit materiam ha-
beat: quare neque deus opt. max neq; etiã
intelligentiã, cum agunt in res cæteras in-
fluendo, & gubernando, ab eisdem patiun-
tur: quoniam materia profus destituuntur,
quæ ut dixit dixit Arist. ad calcè cap. pro-
ximè a nobis enarrati, principium accipien-
di seu patiendi est. Secunda lex est, ut ha-
beant communem materiam, aut vnã, &
eandem. est autem eadem illa materia quæ
contrarijs subiecta est. nam cum agens &
patients, quemadmodum paulo superius di-
ctum est, contraria sint, & cõtrarijs eadem
sit subiecta materia, in qua, veluti in cõmu-
ni campo decertent, ut exposuimus commẽ-
iario in lib. 1. de phys. auscult. agens atq; pa-

nō simpli-
citer omne
quod agit,
ab eo pati
turi quod
agit.

1.

2.

tians vnã atque eandem materiam habere
debent: ut agens patiatur, cum agit. hinc fit
ut cælum, timentu agat motu, & lumine, at
que influentia in res cõstãres quatuor ele-
mētis, ab eisdem nihil omnino pati possit.
Nam licet materiam habeat, est enim cor-
pus naturale, constitutum ex materia atq;
forma, cæli materia diuersa est a materia
rerum quæ generantur, & corruptantur,
non potest enim contraria suscipere quia
transmutationi subiecta nō est, at res quæ
generantur & corruptantur materiam ha-
bent contrarijs subiectam, quoniam trans-
mutantur, & formam abijciunt. Tertia lex
est, ut agens atque patients contraria sint:
quod etiam testatus est cap. superiore Ari.
Quarta lex est, ut agēs, & patiens intra spheram
actiuitatis sint. ut vulgo dicitur, id est,
vntus vnus possit aliud tangere, & muta-
ri ratione. Ad sunt autem hæc of. si agens
atque patients verè contraria sint, & debite
collocata. Nam quæ contraria sunt (vt di-
ximus) materiam habent, atq; illam eandem,
seu cõmunẽ. His ita explanatis statuo hanc
assertionem: si seruentur omnes illæ leges
quas exposui, agens necessario patitur ab
eo in quod agit. Hæc assertio experientis
plurimis constat. Nã elementũ non pōt age-
re in corpus, nisi patiatur prius, in calefcere,
inquã vel frigus contrahat, vel quiddam si-
mile patiatur. aqua etiam ignẽ extinguere
non valet nisi ipsa aliquid patiatur ab igni,
quẽ extinguit. Et ferrũ candẽs in aquã cõie-
ctũ simul calidam reddit aquã, & eius calor
hebetatur aliquantulum. & cum manu
calida alteram manum frigidam contingi-
mus, calidã manus calor retunditur & fri-
gida calorẽ suscipit. Huius rei inditiũ est,
quod vtraque manu voluptatem capimus,
cessat autem sensus cõparata similitudine.
Nam voluptas lib. 9. eth. fit ex commuta-
tione sensus a dispositione præter naturam,
versus naturalem dispositionem. Dubitari
ergo nullo modo potest quomodo contingat,
quod agit similiter pati ab eo in quod agit.
Accedit ad hoc Aristot. testimonium cap. 3. lib. 4. de
proximè explanato, & quo loco de mis-
sione disserit. nam si simul & agerent &
paterentur miscibilia nullo modo misctio
effici posset. Item etiam cap. 3. lib. 4. de
generatione animalium his verbis, om-
ne agens patitur, etiam a patiente: agens
autem hoc loco vocat quod verè & pro-
priè agit, quod patienti contrarium est.

3.

4.

Assertio
nostra.Experimẽ
to probat
tur.Cur volup-
tatem sen-
tiamus cũ
manu fri-
gidam ca-
lidã admo-
uemus.

Aristo.

COMMENTARIUS.

Exemplis rem illustrat, dicens, ut quod secat habetur ab eo quod secat. & quod calefacit, refrigeratur a calefcenti. Denique quodcumque mouet (excepto primo) mouetur aliquo motu. v. g. quod pellit, pellitur quodam modo. quod præmit, præmitur interdum. Concludit, ita fit ut quod agit magis patiatur quam agit. Eandem sententiam Galenus usurpat, atque eisdem omnino exemplis cap. 2. lib. 3. de causis vitæ. postremo illa ratione conuincitur sententia cuius autor est Aristot. proximo cap. cum agens & patiens communem materiam habeant nata sunt contraria suscipere, ergo cum proximè accedunt, vtrumque agit & patitur vtrumque nihil est enim: quod impedimento esse possit. Verum tamen ut istam sententiam planiorem reddamus aduersus eandem aliquot dubitationes adferemus. In primis videtur falsum esse quod diximus, quæ habent communem materiam inuicem agere atque pati. nam vel oportet habere materiam proximam eandem, quam ultimam vocamus, vel primam: atqui neutrum verum est. Primum non oportet proximam materiam communem habere: quoniam candidum atque atrum quæ contraria sunt, inuicem & agunt & patiuntur. Nam in contraria mutantur. Candidum videlicet, in nigrum, & nigrum in candidum, proxima vero materia vtriusque diuersa est. Nam alio modo temperatum est necessario corpus quod subijcitur albo colori, aliter vero quod nigro: atqui temperamentum ipsum proxima albi, & nigri materia est, ergo non oportet ut eadem sit materia proxima. Neque satis est ut eadem sit prima materia. Nam quoduis ageret in quoduis: & aquouis pateretur. Quare iam candor ageret in dulcedinem, & in odorem si horum omnium prima materia communis sit. Dicendum est ad huiusmodi dubitationem, primum, quod ut aliqua inuicem agant, & patiantur non satis est quod communem habeant primam materiam, nisi ipsorum formæ sint contrariæ. Quare licet candoris, & dulcoris, & odoris materia eadem sit, hæc non agunt inuicem: quia non habent formas contrarias. Vna enim ex legibus necessarijs est ut agens atque patiens sint contraria. Deinde postquam fuerint contraria agens & patiens, necessarium est ut materiam habeant commu-

nem: non quidem proximam, neque etiam primam, sed mediam quandam: in eadem siquidem re multiplicem contingit ad esse materiam. Media vero hæc materia est latitudo quædam temperamenti, quæ qualitatibus constat quibusdam certa ratione temperatis. & hæc est materia contrariorum. Ita soluit quæstionem philoponus commentarijs in hunc locum.

Secunda ratio aduersus eandem sententiam sic accipitur, si quod agit, pateretur ab eo in quod agit, seruatis superioribus legibus, accideret ut actio nunquam intermitteretur, aut cessaret, sed perpetua esset. quod nihil potest esse absurdius: siquidem agens agit propter finem, quem, si nunquam cessaret actio, allequi non posset, & frustra ageret.

Quæstio tamen hæc minimo negotio solui potest. etenim cessabit actio, cum alterum vincat, & consumat aduersarium: vincet autem quod robustius est, & vires habet maiores: quamquam ex ea pugna & contentione discedit victor debilitatus aliquo modo, ex incommodo inquam quod ab hoste accepit: quemadmodum contingit in bello, aut militum duorum concertatione.

Tertia ratio aduersus eandem assertionem illa est, quia si cum agit quidpiam ab eo patiatur in quod ageret, nunquam agens possit producere sibi omnino simile: quod falsum esse videtur, & contra propositum cuiusuis agentis naturalis. Nam si calidum, v. g. ut quatuor agat in aqua, & illam vincat, non poterit in eadem materia producere quatuor gradus caloris: siquidem in ea dimicatione iacturam fecit vnus fortasse gradus, dum patitur ab eo in quod agit. quare solū producet tres gradus caloris: atque ex consequenti nunquam efficiet sibi simile. Dicendum tamen est, quod non est necessarium ut agens illud, quod eum agit, patitur, producat tot gradus, quot habet antequam contedere incipiat: sed satis est si dederit quod habet. & simile facit secundum qualitatem, tamen non secundum gradum. Quamquam peracta contentione nihil prohibet viribus redintegratis rursus accipere quatuor gradus caloris, v. g. quibus constabat ante pugnam, atque hos ipsos dabit materiam in qua forma corrupta posita erat.

Quarta ratio. Si quod agit agendo patitur, fieret actio apporitione minoris inequalitatis: contra sententiam Ari. c. 5. l. 7. de ph. aus. & similiter repugnante ratione. patet sententia, quoniam

Ratio.

3. obiectio.

Media materia.

Soluitur.

3. obiectio.

Soluitur.

itur.

4. obiectio.

quoniam si quod habet quatuor gradus ea-
loris ageret in id quod constat tribus gra-
dibus frigoris, & rursus ab eodem patia-
tur, accidit ut actio procedat a proportio-
ne minoris inæqualitatis: hæc ipsa ratio ut
que a deo difficilis est, atque impedita, ut
non exiguum negotiū exhibuerit illis phi-
losophis, atque medicis qui quæstionem
positam suis scriptis attigerunt. nos tamen
paulo longiori oratione, quoniam ita res-
ponsum videtur, eandem persequemur, at
que indicabimus quid in ea quæstione pro-
babilius credamus. & quoniam totavis hu-
ius rationis in eo est posita ut definiamus
utrum reciproca actio, quam vulgus appel-
lat reactionem contingat secundum unam
atque eandem qualitatem, an potius secun-
dum diuersam: id est, an in primis dicen-
dum, duæ igitur sunt sententiæ variæ atque
diuersæ de hac re, altera est eorum qui se-
runt non contingere actionem, & passio-
nem secundum unam atque eandem quali-
tatem, sed potius secundum diuersam. v. g.
ignis calore agit in frigus aquæ: sic citate
verò patitur ab aquæ humore: atque ita fit
actio in proportione maioris inæqualitatis.
quoniam ut calor ignis vincit frigus aquæ,
iraquoque humor aquæ siccitatem ignis
superat. hæc tamen sententia probari omni-
no non potest: primum quia videmus non
nulla pati, non solum secundum unam quali-
tatem, sed secundum utramque. ut cum li-
gnum adens in aquam conijcitur: patitur
secundum calorem & siccitatem: deinde nul-
la ratione efficeretur reciproca actio inter
elementa symbola, ut inter aerem, & ignem:
quoniam non habent duas contrarias qua-
litates, quarum altera agant: altera vero pa-
tiantur. Quare non potest hæc sententia
probabilis vltimo pacto putari.

Opinio. Altera opinio est eorum philosophorū
qui asserunt secundum unam, atque eandem
qualitatem fieri mutuam actionem: ita ut ea ipsa
qualitate qua agit quidpiam, ab eo patia-
tur in quod agit. hanc sententiam ut planio-
rem efficiamus meminisse necesse est, duo
esse genera qualitatum: quædam enim qua-
litates principes sunt, quas primas vulgo
vocant. aliter secundæ: atque ex his ortæ. prin-
cipes, aut primariæ sunt, calor, frigus, hu-
mor, siccitas, quas ita vocamus, quod cæ-
teras omnes antecedant: hæc vero ita inter se
affectæ sunt iudicio Aristot. cap. 1. lib. 4.
meteorologicorum, ut calor & frigus, a-

ctius censeantur, quia maximam vim ha-
bent agendi. humor & siccitas sunt passivæ:
quoniam earum actio minus patet. ille rur-
sum quas actiuas dicimus a subiecto mi-
nori negotio diuelluntur, ceteræ difficile,
& magno negotio separantur a subiecto:
quod familiaribus experimentis facile qui-
vis possit deprehendere: & est hoc ipsum
medicis maximè compertum. Verum ca-
lori primus locus conceditur in agendo: se-
cundus, frigori, tertius, humori. postremus,
siccitati. Contraria ratio, iudicio istorum
philosophorum, seruat in resistendo. Ea
enim qualitas quæ maximam vim habet
agendi, omnium minimè resistit: quæ ve-
ro minime omnium agit, maximè resistit.
facile enim calor atque frigus corrupun-
tur, ubi vinci cæperunt: contra vero con-
tingit in qualitatibus passivis. His ita ex-
planatis aperte constare possit illa senten-
tia: oportet enim inquirunt, semper com-
parare vim agendi vnius qualitatis, facul-
tati quam altera habet ad resistendum. at-
que huius potentiam ad agendum, cum fa-
cultate resistendi prioris: & si inter se con-
ferantur vires agendi cum viribus resiste-
ndi, actionem comperiemus, inquirunt, sem-
per procedere a proportione maioris inæ-
qualitatis. Quoniam id cui est maior vis
agendi, minus resistit. & sane hæc opinio
mihi probatur maximè. Illud addamus
quod resistere nihil potest, nisi agit in
illud aquo patitur. Nam quod nihil agit,
repugnare cum altero censendum non est,
sed alteri cedere. exemplo res constare
possit duorum hominum qui lucta decre-
tant, quorum qui debilior est, resistit al-
teri repugnando, atque etiam vim infe-
rendo, ita ut superior in eo certamine disce-
dat incommodo aliquo accepto. Sic etiam
accidit in naturali quacumque contentio-
ne, atque pugna: ut quicquid resistit alte-
ri, in illud agit, eidemque vim aliquam in-
ferat: omnia igitur quæ vim habent a-
gendi finitam agunt cum resistentia pa-
tientis: atque ob eam causam mutuo pa-
tiantur ab his in quæ agunt. Quod vero
infinite excedit, cum agit in aliud nullum
incommodum ex ea contentione refert:
cum autem agere istud, resistendo con-
trariis potest agitur. Non autem corruppen-
do, atque producendo simile non simpli-
citer agere est: neque præstantiæ agentis
ac dignitatis argumētum: neque huiusmo-

COMMENTARIVS.

Obiectio. di sententiam, sic explicatam quidpiam cōsequitur absurdi. Obijciat fortasse quispiā. parem vim agendi, & resistendi in esse qui busuis qualitatibus: atque in hunc modum ratio colligitur, vt quodq; habet vim agendi, ita potest seipsum conseruare, & vt potest se seruare, ita resistit contrario, ergo tātam habet vim agendi, quantam resistendi: sublato igitur fundamento huius opinionis, funditus corruit opinio. Dicendum tamen est, falsum esse quod sumimus: illud inquam, vt quodque habet vim agendi, ita seipsum conseruare: ratio est quia vis agendi non pertinet ad conseruationem indiuidui, sed speciei. vt inquam simile producat. vis autem resistendi nascitur ex ratione atque appetitu conseruandi seipsum.

Obiectio. Postrema ratio, si agēs cum agit, pateretur, idem moueretur contrarijs moribus: quod est impossibile. probo ita accidere: etenim si constituamus, ignem in aquam agere, & rursus pati ab ipsa aqua, medio aere, proculdubio aer ipse medijs qualitatibus contrarijs afficeretur simul, calore inquam ignis & frigore aquæ: nam fieri non potest vt agat quidpiam in id quod distat, nisi prius alteret, quod proximum est, modo capax sit eius qualitatis: ita vt alterari possit. vt dubitationem propositam diluamus accipiendum est, quod cum pugnant medio aere, aqua & ignis, aer est qui frigidum facit ignem, & calidam aquam proximè, & nullo medio interiecto: tametsi ignis calefacere aquam dicatur, & frigidum reddere ignem, sed id fit quoniam aeri tribuunt frigus, & calorem, quo hæc efficiuntur. frigit ergo & calescit aer. Dicit aliquis verum id est: at non simul vtrumq; fit, sed vicissim: aut media quadam qualitas inter frigus, & calorem in aere fit, quæ si ad ignem referatur, frigida censetur: si ad aquam, calida: quare nihil mirum est si ab eadem duobus illa officia prestentur. Hæc nos de questione proposita dicere in animum induximus: quoniam ad eam explanandam magnopere videntur pertinere: cætera quæ multa sanè dici consueuerunt, consulto missa facimus.

Solutio.

Vigore.

Argumentum cap. 8.

Institutum Arist. explanata iam natura agentium & patientium, illud est, docere

modum quo actio contingat. Prius tamen de ea re antiquorum philosophorum opinioniones numerat, atque refellit. quod facit præsentis cap. nam proximo quid ipse sentiat, apperit hanc esse eius sententiam constat initio eiusdem cap. cum ait.

Cap. 8.

Sed rursus quomodo hoc valeat accidere differamus.

Idest qua ratione actio efficiatur, rursus dicamus. Rursus autem inquit, quoniam cap. superiori eam rem etiam trigeat: le iter. amen.

Sunt igitur, quibus subeunte per quosdam meatus efficiente vltimo, & propriissimo, pati quodque videtur. Et adhuc modum videndi audiendique, & omnium cæterorum sensuum nobis munus obiri. Cerni præterea res per aerem, & aquam, & corpora perlucida, quod ea meatus habeant, inaspectabiles illos quid ob exiguitatem, frequētes tñ, & dispositos, qui perlucidis præcipue dati sunt. Atque hi quidem in quibusdā ad hunc modum statuerunt, vt Empedocles. nec solum in facientibus & patientibus, sed & ea misceri aiunt, quorum meatus inter se sunt commensurabiles.

Iam primam sententiam de modo quo actio efficitur narrat Aristot. ea Empedocli tribuitur. Is aiebat in omnibus corporibus quæ gignuntur esse vias quadam tenues, atque angustas, per quas ingreditur quod proximè, proprièque agit, atq; ita corpora pati censebat: & hac eadem ratione putabat nos videre atque audire, cæterorumque sensuum ministerio vt: fit enim visus in nobis, horum philosophorum iudicio, quoniam aer, & aqua, cætera etiam corpora perspicua in oculos immitunt qualitates quasdam suas quæ aspici possunt, per illos meatus qui in oculis insunt. Huiusmodi vero meatus aiebat conspici non posse, ob re-

Prima sententia de modo quo efficitur actio.

Visus euo modo fiat Empedoclis opinio.

ob tenuitatem. Sunt tamen frequentes, & ordine quodam dispositi, corporibus per Lucidis maxime concessi. addebat Empedocles huiusmodi meatus ad missionem efficiendam esse etiam necessarios: nam illa solum dicebat misceri posse, atque confundi in terse, quæ meatus illos habent comparabiles inter se, & eadem mensura perforatos.

Leucippus autem & Democritus maxime, via vnaque ratione de cunctis statuerunt principio iacto, quod ut est, sic esse ad naturam statuebāt. Antiquorum enim quibusdam ens necessario vnum esse, & immobile visum est. Neque enim inane ens esse sed plenum dicitur esse ens. idque moueri non posse, cum non sit inane separatū. Nec rursus multa esse, cum non sit quod disjungat. Nec referre vniuersum continuū esse, sed diuisim contingi putetur, an plura non vnū, & inane esse dicatur. Nam si penitus diuiduū sit, nihil esse vnū ac proinde ne multa quidem, sed totum esse inane. Sin autem quadam tenus diuiduum, quadam indiuiduū figmento ad simillimum esse. Quatenus enim & quare hæc pars totius ita se habeat, & sit plena, illa diuisa? Ad hæc motum non esse, similiter affirmare, necessarium esse. Quibus ducti rationibus non nulli spreto cōtentoque sensu, ceu rationi sit obsequendū, vniuersum vnum esse affirmant idēque immobile. quidam vero & infinitum, finem nāque in vacuū desinere? Sic ergo isti, & ob has causas de veritate respondebant. Præterea in rationibus hæc vsu venire videtur, at in rebus, sic opinari furori proximū est. Nemo. n. eo furoris est actus, ut ignē & glaciē vnū esse putaret. Sed hæten⁹ modo quidam insanire, ut inter honesta, & quæ speciem habent honesti ob cō-

suetudinē nullū delectū facerent.

Secunda sententia est Democriti & Leucippii. ij vnica ratione, atque illa facili admodum explicuerunt opinionem suam de rebus omnibus: atque ideo maiori eos laude dignos putat Arist. quā Empedocle, aut Parmenidem, multosq; alios antiquos: quoniam excogitauerunt principia quæ sufficerent ad explicandas res omnes, quæ natura contingunt. Nam Parmenides cū ita tenuit occulta quædam principia, destruit manifesta: cum enim probare vellet omnia esse vnum, atque id immobile, neque esse in natura rerum multitudinem, aut motum, quod sensui repugnat, sumit tantumquam per se notum nihil esse inane, aut vacuum, sed omnia esse plena: quod dubium est. Atque ideo hoc ille demonstrare tenebatur. eo autem accepto, colligit non esse motum, quoniam quod mouetur, per inane moueri debet. at non est inane. & cum inane esse non possit, colligit etiam non esse multa: quoniam si multa sint, necessariō diuisio erit, at diuisio solū fit per inane. atque vacuum: non est autem inane, quoniam verō posset quispiam obijcere Parmenidi, etiam si vacuum non sit fieri recte posse, ut sint multa quæ non diuidantur vacuo interstite, sed se tangant, ita ut nihil loci inane relinquatur, quo res illæ distingantur, respondet Parmenides quod idem est ita dicere, atque inane statuere. Hoc probat, nam vel ipsum ens diuiduum est omni ex parte, aut non. Si sit omni ex parte diuiduum, nō solum quæ sunt, multa non sunt, sed ne vnum quidem: quia si ens diuidatur omni ex parte nihil omnino remanebit, præter vacuum. Neque dici potest ipsum ens non posse diuidi omni ex parte: primum quia figmento est simile dicere, potius admittere ipsum ens diuisionem ex vna parte, quā ex altera: aut reddatur causa cur ita fiat. Quod si non omni ex parte diuisio fieri potest quousque tandem procedet? Deinde etiam si cōcedam⁹, inquirunt, res esse multas. cū vacuum esse non possit, neque motus vllō pacto erit, quoniam non potest fieri por plenū, sed solum per inane. est igitur inquit Parmenides, vnum tantum id quod est, atque id immobile: similiter infinitum. Quod ita persuadere volunt, quoniam si finitum esset,

E 4 eius.

COMMENTARIUS.

eius extrema ad inane finirentur: cū nihil sit aliud ad quod desinant: his rationibus Parmenides, atque eius studiosi crediderūt suam sententiam veram esse, cum aiunt, omnia esse vnum, immobilitate, atque infinitū: quos nos commentarijs in caput secundū lib. 1. de phys. aufeult. exposuimus. & diligenter iuxta Aristot. sententiam confutauimus. Cuius vero, cur tam absurdam sententiam ij philosophi protulerunt, ea est, vt inquit in presentia Arist. quoniam sensum contempserunt, & nulla eius cura atq; ratione habita, rationes a sensu quidem abhorrentes sunt secuti: ita tamen existimare, quemadmodū illi existimauerunt, non procul ab est, inquit philosophus, ab insania. stultum enim admodum est de his rebus quæ sensu percipi possunt, maiorem fidem habere rationi, quā sensibus: nemo est enim tam inops iudicij, tam alienus a communis sensu hominum qui glaciem, atque ignem idem esse dicat. Dicit aliquis ob eam causam desererendos esse sensus, & sequendam rationem dūtaxat, quoniam sæpe numero sensus nos fallunt: respondet Aristot. ita sanè contingere interdum vt nobis sensus imponat, verum id non fit in rebus tam apertis, quam est apertum glaciem, & igne esse diuersa: sed in his quæ bona sunt, aut mala: vtilia, aut inutilia. Decipimur enim non nunquam recti, atque boni specie: fit enim interdum vt consuetudine, aut morbo, reuera credamus quæ praua sunt: aut inutilia, quæ utilitatem coniunctam habent.

Cur peccarint isti philosophi.

De rebus sensibus non magis ratio quā sensus credendum est.

Leucippus autem sensui doctrinam suam consentire putauit. nec ortum interitum ve, aut motū, nec denique rerum multitudinem demoliri. At cum hæc apparētibus assentiatur, illud asserentibus vnum, non posse absque inani motum esse, inane ait esse non ens, ac entis nihil esse non ens. Illud enim proprie esse ens, quod plenum est. sed tale non vnum, sed infinita numero esse, & quæ ob exiguitatem molis visum fallant eademque per inane ferri, esse enim inane. Erea constituta generationem, dissoluta interitū asser-

re. Efficere autem & pati, qua pertingunt, hætenus enim non esse vnum constituta vero & coherētia gignere. Illud quoque asseuerabat, ex eo, quod vere vnum esset, multa, non gigni, nec rursus vnum ex ijs, quæ vere multa. quin potius hoc fieri posse negabat.

Parmenidis opinionem de rebus omnibus falsam esse docuit Arist. vel illo nomine quod sensus desereret, & rationem tantum, quam ipse domi excogitauit, sequeretur. Nunc Leucippi sententiam aperit: quæ ab opinione Parmenidis diuersam esse in primis ait, quoniam excogitauit rationes, quæ cum sensibus conuenirent: & quæ neque ortum aut interitum de medio tollerent, neque motum, aut rerum multitudinem: ea etiam concedit Leucippus quæ aliquo modo videantur esse veri similia. ait enim motum fieri per vacuum: & præterea vacuum quodam modo nihil esse: nam tamen vacuum sit, non proprie ens est: quia proprium ens plenum est, quamuis autē proprie ens plenum sit, leucippi iudicio, non est quidem vnum dūtaxat in natura rerum, sed potius infinita secundum multitudinem. infinitæ videlicet atomi, quæ quoniam exigua admodum sent, aciem oculorum effugiunt. hæc infinitæ atomi, per inane feruntur, vt Leucippus vult: & vbi congregantur, ortum rerum efficiunt, corruptionem verò vbi dissociantur. agunt autē & patiuntur, cū se tangunt mutuo: eo modo, quo possunt se tangere: non enim eo pacto se tangunt, quo superficies, quoniam atomi indiuidue sunt. Sed tunc se tangere dicuntur, cum accedunt proximè: complicatæ vero & compositæ inter se affectiones, seu qualitates efficiunt. addebat insuper Leucippus, neque ex eo quod verè est, vnum multa effici posse. Neque ex verè multis, vnum. Ratio est quoniam inter hæc corpora indiuidua semper interiacet vacuum: quod prohibet ex multis vnum fieri.

Leucippus

Cæterum vt Empedocles, & alij quidam naturæ interpretes per meatus res effici aiunt, sic Leucippus omnem alterationem, omnemque affectionem

fectionem fieri ait, dum per inane dissolutio, ac interitus fit similiter & incrementum aliis subeuntibus. Nam & Empedocles cogitur pene fateri, quæ Leucippus tradit. Nempe quædam esse solida eademque indiuidua, si non ubique meatus habentur. quod certe fieri non potest, nihilo aliocum alio præter meatus futuro solido. Sed inani omni. Ut sit necesse tangētia indiuidua sint, quæ vero his intercipiuntur, inania. Quos ille meatus appellat. Ac Leucippus quidem de agendo, & patiēdo sic disserit, & modi quibus hæc efficiant, illa patiantur, hi fere produntur.

Cōparatur sententia Leucippi, cū opinione Empedoclis.

Comparat Leucippi sententiā cum sententia Empedoclis atque ita ait Leucippū sentire cum Empedocle, quia putat non alio modo posse fieri actiōnem, atque passiōnem, quam per meatus quosdam, qui sunt in ipsis corporibus constituti: ortum etiam & interitum fieri per inane: accretionem deinde effici corporibus alijs, atque alijs per eos meatus subingredientibus: etenim Empedocles necessariō fateri debet cū Leucippo, esse quædam corpuscula solida, quæ nullo modo possint diuidi: ratio est, quia cū ipse asserat res agere, atque pati vicissim per quosdam meatus, tueri suam sententiā minime poterit, nisi concedat ea corpora quæ subingreduntur, pati nō posse. Nam si possint pati, debent in eisdem constituere meatus per quos patiantur: illa etiā corpora, quibus patiuntur, alios meatus habebunt, si patibilia sunt. Vnde fiet ut in natura rerum nullum corpus sit solidum, sed cum omnia in meatus dissoluantur solum erit in ipsa vniuersitate quædam inanitas. Hoc non cōcedet Empedocles ergo necessariō cōfitebitur esse in natura rerum corpora aliqua solida quæ agēdi vim habeant, pati vero minime possint, similia his quæ Democritus & Leucippus in naturam rerum introduxerunt: & præterea quædam spatia intermedia quæ inania sint, hæc spatia, meatus vocat Empedocles. Epilogum deinde facit eorum quæ dixerat, inquiring, ij

sunt modi quibus hæc res agere: illæ vero pati dicuntur.

Sed de his, & quomodo præcipiant non dubitatur. Quorum positionibus rerum vsus fore consentire videtur. alijs vero longe minus. Empedocle dico. cui quomodo futurus sit interitus & alteratio non fatiscit. Ceteris enim corporū prima indiuidua sunt, quæ figura tantum differunt, & sunt prima ex quibus corpora constituuntur, & vltima in quæ dissoluuntur. At Empedocli cetera quidem generationem haud dubie, ac interitum habent vsque ad elementa, ipsorum tamen elementorum congesta magnitudo, quomodo generetur, & intereat, nō satis intelligitur. Sed ne reddi quidem ratio ab ipso potest, qui ignis elementum esse negat. Similiter omnium aliorū ratione. ut in Timæo Plato scriptum reliquit. Cuius doctrina hoc tantum differt a dogmate Leucippi, quod indiuidua alter solida, alter plana esse prodit. & quæ hic indiuiduorum solidorum quodque innumeris figuris terminari cōstituit. Ille finitis. vterque enim indiuidua terminataque figuris asserit. Et ex his generationes, & interitus cōstare. Leucippus dupliciter per uacuum, & tactum, quæ singula fecari posse dicebat, Plato per tactū dumtaxat. Nam vacuum esse negat. Sed de indiuiduis planis dixim⁹ in superioribus quæstionibus. De solidorum vero indiuiduorum consequētibus longiore nunc sermone refecato ceu a narratiōe digressi pauca perstringamus.

Modos exposuit quibus antiqui philosophi putauerunt, res inter se agere atque pati: nunc pergit istas sententiās excutere at-

COMMENTARIUS.

Cōfert su-
periores o-
piniones.

que examinare. Et in primis cōfert opinio-
nem Democriti & Leucippi, cum opinio-
ne Empedoclis: atq; ita ait, inter antiquos,
solos Democritum, atque Leucippum dis-
cere ea quæ omni ex parte cohæreant: riora
enim cum posterioribus conueniunt, &
nihil asserūt, quod sensui repugnet: at Em-
pedocles pugnancia loqui videtur, & nō sa-
tis rectè, atque apertè explicat quo pacto
ortus rerū, aut alteratio efficiatur: Demo-
critus præterea indiuidua facit illa corpo-
ra atomos inquam, ex quibus, tanquā ex
primis principijs omnia conficit: & in quæ
vltimo. resoluit omnia. Nam etiam elemen-
ta corporum, ignem, aerem, aquam, terrā,
ex his constare credit, atque in ea disolui:
cæterum Empedocles existimat, mixta cor-
pora in elementa disolui, & rursus ex eis-
dem generari: at vero apud eundem modus
constare non potest, quo ipsa cōposita cor-
pora generentur, aut corrumpantur: neque
modus intelligi potest. Neque ipse ratio-
nem possit reddere: nisi concedat esse ali-
quod elementum ipsius ignis, & omnium
similiter elementorum, quod ille aperte ne-
gat: si dicat similis erit platonis, qui in
dialogo quædam Tymæus inscribitur statuit qua-
tuor elementorum principia alia, nempe si-
guras planas & superficies. Platonis verò
sententia a Leucippi opinione differt, quo-
niam Leucippus prima rerum initia facit
corpora indiuidua, atomos inquam. Plato
verò non corpora, sed superficies etiam in-
diuiduas: rursus Leucippus, ait, hæc ipsa
corpora indiuidua, cum sint infnita, con-
stare infnitis figuris. quorum cuiusque sit
sua propriaque. Plato finitas statuit super-
ficies: & ipsarum figuras etiam finitas: itaq;
conueniunt, primum, quia rerum prima i-
nitia indiuidua putant. Deinde quia singu-
lis concedunt suam, atque propriam figu-
ram. Postremò quia ex his res cunctas pro-
creari credunt. sed Leucippus duos statuit
modos, quibus generatio efficiatur: per va-
cuum videlicet atque etiam per contactū.
Plato vnum dumtaxat: nempe tactū: quo-
niam negat esse quidpiam in natura rerum
inane. Sed quoniā quæ Plato scribit de pla-
nis, ex quibus generat omnia, tractata sunt
ab Arist. longiore oratione, atque etiā cō-
fntata cap. 2. huius lib. & lib. 3. de cælo, de
ea re nihil dicit in præsentia: solū excutit
opinionem Leucippi de corporibus infnita-
bilibus, quibus ait, oia effici: atq; constare.

Enim vero corporum indiuiduo-
rum quodq; ad paciendum esse ine-
ptum fateri necesse est. Cum pati ni-
si per vacuum non possit, idemque
nullius affectionis effectum. Quan-
do nec siccū esse valet, nec frigidū.
At illud quam habet cum vero simi-
litudinem, solū circulari figuræ cal-
lidum referre: cū sit necesse contra-
rium frigidumque alicui figuræ cō-
ueniant, quod si hæc affuerint calor
inquam & frigus, non ne absurdum
est, grauitatem & leuitatem, duriciē
& molitudinem abesse.

Quamquā Democritus indiuiduo-
rum quodque per excessum grauius
esse cōfirmat, ac proinde absque du-
bio calidius. At quæ talia sunt, fieri
non potest ne alterum a baltero pa-
tiantur. Verbi causa. leniter calidū
ab eo, quod multo calore excellit.
Porro si durū est, sequitur, vt sit etiā
molle. At molle dicitur, quoniam
aliquid patitur, nā quod cedere ap-
tum est, id molle nuncupatur. Sed
& illud est absurdum, præter figu-
ram nihil adesse. & si adest, vnum tā-
tum adesse. vt verbi causa hoc siccū
sit, illud calidum. neque enim eorū
vna posset esse natura. Sed perinde
fieri nequit, vt adsint vni plura.
Nam cum sit indiuiduum, affe-
ctiones ibidem haberet. Quare si
patiatur, verbi causa, si frigore af-
ficiatur, eadem parte aliud quidpiā
efficiet. vel patietur quæ ratio eadē
in cæteris affectionibus intelli-
gitur. Hoc enim ad eundem modum
vtrisque quique solida, quique pla-
na indiuidua faciunt, vsu venit ne-
que enim fieri possunt aut rariora,
aut frequentiora nisi habeatur in in-
diuiduis inane. Sed nec illud est pro-
babile, parua indiuidua esse, mag-
na nō itē. Nunc enim merito maio-

ra, quam parua comminationi oportunitiora sunt, quia facilius magna resoluuntur, quippe quæ pluribus incurfant. At prorsus indiuidua cur magis de paruorum, quam de magnorum numero sunt? Age vero vtrum est illorum solidorum omnium vna natura? an alia ab alijs diuersa sunt? vt hæc ignea mole, illa terrena sint. Nam si vna est cunctorum natura, quo tandem discernuntur? aut cur tangendo non fiunt vnum? vt cum humor humorem tangit. Neque enim posterius a priore diuersum est. sin autem inter se differunt, qualia hæc sunt? Nempe dubitari non potest, quin his potius, quam figuris principia & causæ accidentium assignari debeant. Præterea quæ sunt natura diuersa, ea si contingant inter se, efficiant vtique, & patiantur. Adhæc mouens quid est? si enim diuersum est, passiuæ sunt, sin quodlibet seipsum mouet, vel diuiduum erit, quippe alia parte mouebit, alia mouebitur vel in eadem parte inerunt opposita. Quin & materia non numero tantum, sed etiam virtute vna fuerit. Ergo qui per foraminum motum affectiones aiunt accidere, his plane meatus, si quidem ipsis plenis res afficitur, superuacanei sunt. Nam si omne efficitur hac ratione, nempe adhuc modum pati queat, vel si meatus non habeat, sed ipsum sit continuū. Iam visio istorum doctrinam effici, qui potest? haud enim iuxta principia licet per translucida commeare. Sed ne per ipsos quidem meatus, si plenus est quisque. Nam quid interest, nulli ne, an pleni sint meatus. omni perinde futuro pleno. Quin si meatus ipsi inanes sunt, estque necesse corpora in se contineant, idem rursus

consequatur. Nam si tantuli, vt nullius corporis sint capaces, res digna est risu, putare paruum inane esse, magnum non item, nec quantum cunque, vel inane aliud esse, quam corporis locum. Vt intelligatur omni corpori par magnitudine futurum inane. Ad summam meatus facere superuacaneū est. Si enim per tactum nihil efficit, ne per meatus quidem commeans efficiet. Sin autem tangendo demptis etiam meatibus, quedam eorum, quæ talem inter se sortiuntur aptitudinem, efficiet, alia vicissim patientur. Ac meatus quidem ad quorundam opinionem, vel perperam, vel nequid quam asseri, satis his arbitror explicatum. Nam si quis cum corpora sint omnino diuidua, meatus constringat, nonne is risum captare videatur? cum valeant, qua sunt diuidua separari.

Quemadmodum ostendimus, Democritus & Leucippus ex atomis, aut insecabilibus corporibus, non solum actionem & passionem fieri aiebant, sed præterea cæteras omnes naturales mutationes. Verum cum Arist. cap. 2. huius libri generalem disputationem habuerit de hac re: & demonstraerit huiusmodi corpuscula minime esse posse: nunc tantum sermonem habet de eisdem specialem: nam solū illud tractat quod pertinet ad presentem disputationem de actione & passione. Probatque corpora hæc in diuidua causam non esse cur vnum agat, aliud patiatur. In primis verò pro comperito accipit, si sint hæc corpora indiuidua, im patibilia esse: ratio est, quoniam opinione Democriti nihil patitur nisi per inane. Sed in his indiuiduis corporibus nihil existit inane, ergo corpora hæc indiuidua, si qua sint, nihil omnino pati possunt: si autem pati non possunt, neque agere quidpiam valent: ratio est, quia in naturalibus quicquid agit, necesse est etiam vt patiatur. quæ obrem neque quidpiam molle, ex duro efficietur: aut contrarium aliud ex contrario: quod

quod maximè videtur absurdum esse. & præterea contrarium, horum philosophorum rationi. Nam cum dicant illi atomos rotundas, & circulares, natura sua calidas esse, necessario fateri debent, esse alias natura frigidas: quæ sint alterius figuræ. Quoniam absurdum est dicere alterum tantum contrariorum in natura rerum existeret: cum ea sit contrariorum natura ut vno posito, alterum ponatur. Quare si calor est, frigus erit: & si calor & frigus sint, quæ sunt qualitates primæ, atque vnde cætera oriuntur, erunt etiam secundæ qualitates. molle, durum: graue, leue. eorum igitur verba non satis coherent, neque illi sibi in explicanda sententia satis constant: cum negent contraria esse: & deinde illa concedant.

Quo pacto verum sit, esse alterum contrariorum oportere, si alterum sit.

Cum inquit Arist. si sit vnum contrarium, oportere alterum esse. v. accipit contraria, ut contraria, quo sensu ad alterum sunt, & simul natura, ut ex categoria relatorum colligitur: est enim contrarium contrarium, ut Arist. refert cap. de oppositis. vel id intelligendum est secundum naturam. Vno enim contrario posito eorum quæ pertinent ad naturæ perfectionem, necesse est statim ut alterum ponatur. Quemadmodum docet Arist. cap. 3. lib. 2. de celo. quo loco est ante explicatum diligentius.

Quamquam democritus, & cæt.

- 1. Deducit hoc loco eosdè autores, democritum videlicet atque Leucippum ad alia absurda, ad id maximè ut concedant, velint, nolint, hæc corpora indiuidua pati posse, quod illi planè negant: hoc ita deducitur, Democritus ait, maiores atomos grauiores esse, si vero sint rotundæ & maiores, erunt calidiores atque grauiores. Si quidem atomi rotundæ calidæ sunt. & maiores, grauiores: quare atomi illæ agent atque patiuntur. id verò quod maximè calet, vim habet agendi in id quod exiguum habet calorem: quare istæ atomi agent in alias minus calidas, atque etiam patiuntur, cum omne quod natura agit in aliud, modò communem habeat materiam, vicissim ab eodè patiatur.
- 2. Deinde si inest in his atomis durum, inest molle, cum sint contraria: ergo mutuo agent, atque patientur. Siquidem ea est contrariorum natura, atque ingenium. Tertio: absurdum est dicere in atomis nihil aliud esse præter figuram: quare inest aliud: nempe

pe affectio aliqua, quæ contrarium habeat: inerunt ergo atomis duo contraria, siquidem absurdum est etiam putare non reperiri in eisdem ea quæ contrariam habent naturam: hoc si concedant, quod necessario videtur esse concedendum, fiet, ut quod diuidi non potest, partes habeat, atque ita possit diuidi in ea partes. Aliqua enim pars atomi aget, & alia patietur. Aut eadem parte aget atomus, & patietur, quod longè magis absurdum est. Quare atomi, neque vnâ neque plures affectiones habere poterunt, quod non minus absurdum est, cum sit corpus naturale. Plana etiam illa quæ. Plato facit rerum omnium principia nullam affectionem, aut qualitatem habere possint. Quarto. iuxta sententiam Democriti nihil potest aut rariius esse, aut densius: ratio est, quia illerariora vocat corpora quæ plus habent inanis: densiora, quæ minus. Atomi verò ex quibus res cunctas facit, nihil habent inane: sed solidæ sunt. Ergo neque rariora corpora esse possunt: neque densiora, iuxta hanc opinionem. Quinto, non possunt isti philosophi rationem reddere cur atomi exigua admodum sint, non item magna: quando quidem aiunt, effecta esse corpora hæc ab ipsa natura. Atqui natura potuit magnas etiam atomos producere: siquidem illa consuevit, in eadem specie, quæ est cum materia coniuncta. magna atque parua procreare, ut exemplo constare possit speciei hominum, canum, leonum, & cæterorum: si vero dicant hij autores esse aliqua corpora indiuidua, quoniam ob exiguitatem non facile possunt diuidi, ferri aliquo modo poterunt. Nam re vera maiora molle aptius diuiduntur. Licet etiam quæ sunt exigua, modo quantitate aliqua prædita sint, infinitè scari possint, quemadmodum magna.

Age vero vtrum, & cæt.

Adhuc perseverat in eiusdem sententiæ confirmatione: rogat enim vtrum omnes atomi sint eiusdem naturæ. an diuersæ. Et cum nihil horum verum esse possit, colligit non esse statuendas atomos. In primis non possunt putari vnus, atque eiusdem naturæ: quoniam cum se tangunt inuicem, simul coalescerent: atque vnum efficerentur, sicut partes aquæ coniuictæ vnum fiunt. Similiter etiam partes aeris si vero dicant esse diuersæ naturæ omnes atomos, necesse est dicant quæ, & quales sint ipsarum atomorum differentia,

4.
5.

differentiæ, & proprietates: quãdoquidem singulas formas, atque species naturales necessario consequuntur differentiæ quædã, & proprietates: hoc si verum est iam nõ figuræ atomorum, vt illi volebant, sed affectiones illę erunt principia rerum. sunt em̄ affectiones illæ contrariæ, qualia oportet esse principia. Rursum si diuersę sint secundum naturam mutuo quidem agent atque patientur.

Adhęc mouens, & cęt.

Illo etiam nomine eosdẽ refellit, quod dicant atomos istas moueri: nam si mouentur quid illud sit a quo mouentur explicare debuerunt, quod illi minime faciunt. q̄ si dicant vnã moueri ab altera, iam patibiles erunt atomi: quod illi negant. si autẽ eadem atomus se ipsam moueat, aut vna parte mouet & altera mouetur, & sic atomus indiuidua nõ erit, cum partes habeat. aut rota atomus se totam mouet, & sic contraria simul erunt in eodem: mouere, inquam & moueri: hæc enim contraria sunt. sicut agere & pati. Hoc autem impossibile est, & alterum aperte pugnat cum istorum philosophorum opinione. Rursum sententia hæc falsa est, quia si sit vera omnium rerum materia non solum erit vna numero, sed etiam vna secundum potentiam. atqui materia, non est vnum, sed plura facultates: vt ostensum est lib. 1. de phys. auscult.

Ergo qui per foraminum, & cęt.

Hoc loco transfert orationem Arist. ad eos philosophos qui aiebant corpora pati per quosdam meatus: atque eorum sententiam falsam esse demonstrat: probat autem in primis superuacaneos esse huiusmodi meatus, vt corpora patiantur. Possunt enim nihilominus pati corpora, etiam si nulli sint: nam istos meatus plenos esse, aiunt, spiritibus quibusdam, vel tenui quodam aere. quare cum pleni sint, non inanes, superuacanei erunt ad patiendum. & sine eisdem passio poterit contingere: etiam si id quod patitur, omnino continuum sit. Confirmatur autem hæc ratio, quoniam si vera sit istorum sententia, visio effici minime poterit admisis rerum simulachris intra videndi sensus, quomodo hij philosophi aiunt, fieri visum. Nam neque potest simulachrum rei sensibilis transire per corpora ipsa lucida, neque per meatus oculo-

rum, cum sint pleni. Quod si nihil obstat, quo minus visus fiat, sed cernimus nihilominus, meatus superuacanei sunt ad videndum, atq; ex consequenti ad patiendum. possit quispiam dicere exigua quædam esse vacua intermedia, & tam exigua vt nullum possint corpus recipere: at ea defensio inanis erit. Nulla enim ratio est, cur paruum vacuum esse possit, magnum non possit. Nam eum vacuum sit locus vacans corpore, cuius est capax, erit vacuum æquale secundum magnitudinem omni corpori.

Ad summã meatus facere, & cęt.

Postrema iam vtitur ratione ad confutandum meatus constitutos in corpore, per quos passio fiat: nam si quod commeat per illos meatus nihil agit contactu, neque agit quidpiam per meatus: si vero quod agit non potest transire sine cõactu, etiam si meatus non sint, aliud ager, aliud patietur, modò eam habeant naturam, vt agere & pati mutuo possint. Quare superuacaneum est constituere in corporibus meatus quosdam separatos ad agendum & patiendum: præsertim cum magnitudines diuidi possint omni ex parte.

Argumentum cap. 9.



Rasenti cap. Aristor. ex propria sententia superiore quæstionem tractat, de modo quo actio, atque passio fiunt, confutatis antiquorum philosophorum opinionibus.

Cap. 9.

Iam sumpto principio sapius a nobis repetito, rerum gignendi efficiendi, patiendique modum explicemus. Nam si hoc facultate, illud actu est huiusmodi, nec parte hac, vt patiatur est aptum, illa nõ item, sed omnino quatenus est huiusmodi, & plus minusque, prout plus minusque tale est, qua ratione meatus causatius quispiam asserere ret, vt in

COMMENTARIUS.

metalli fodinis passim continetes
venæ discurrunt.



Vmmam totius cap. comple-
ctitur, more suo, cum ait, ef-
ficiendi, patiēdi que modum
explicemus: sumit autem ini-
tio id quod proposito maxi-
mè conuenit & pluribus locis traditur ab
eodem. quoniam ad explanādas plurimas
quæstiones summopere necessarium est: il-
lud autem est: actus, & potentia oppositæ
sunt differentiæ. Deinde, alia quidem talia
sunt actione, alia verò non actione, sed po-
testate talia sunt. v.g. ignis actu calidus est,
quoniam calorem in se actu habet. qua ve-
ro est potestate calida, quoniam calida red-
di potest calore in se suscepto. Illa igitur vi-
cissim in se agere, & pati possunt quorum
vnum actu est tale, alterum verò potesta-
te tale est. vt aqua quæ potestate calida est,
actu calida redditur, ab igni qui est actio-
ne calidus. Siquidem omne quod est tale
potestate, sit tale actione ab eo quod est a-
ctione tale: hæc autem sententia inde maxi-
mè constare possit, quia vel vtrumque, quod
agit, inquam, & patitur actu tale oportet
esse, aut potestate tale, aut alterum actione
tale, alterum potestate: actione tale vtrum-
que esse non potest: quia ignis non agit in
ignem. Neque idè in seipsum, aut simile in
sibi omnino simile, quemadmodū a nobis
monstratum est: & præterea probatur, quia
agit vnum in alterum vt simile efficiat, at
cum est vtrumque actione tale, simile vtrū-
que vtrique est, ergo vnum non agit, & al-
terum patitur. neque vtrumque potest esse
tale potestate. quoniam actio, per formam
est. Est enim illa principium agendi. At for-
ma actus est, imo verò vnum quodque est
tale per formā. Ergo si vtrūque tale sit po-
testate, non cōtinget actio. consequitur ergo
necessarium esse, vt alterum sit actione ta-
le, alterū potestate, vt ab eo quod est actu
tale, quod est facultate tale, actione tale
efficiatur.

Agit autem vnum quodque præpa-
rando, & disponendo, rem, quæ pote-
state est, atque patitur, vt actu formam
suscipiat, ad quam recipiendam facta esse
videbatur. hinc fit vt quanto quæque res
magis est talis potestate, tātō aptior sit ad
patiendum: ita tamen vt non patiatu secū-

dum vnam partem tantum, sed omnino, id
est, secundum partes omnes. aliquando ta-
men magis patitur: aliquando minus. hoc
est non equaliter secundum omnes partes,
sed magis secundum vnam partem, quam
secundum aliam, prout affecta est natura
cuius quod patitur. nam quod potentia cali-
dus est, ab eo quod est actu calidum, magis in-
calescit, quam quod nō est ita calidū potē-
tia. & fieri sanè potest vt in toto aliquo cor-
pore partes sint aliqua quæ magis patian-
tur, alia, quæ minus, quia facultate magis,
minusue ad naturam agentis accedunt: do-
cet autem Arist. quæ nam causa esse potuit
Cur meatus inducti sint meatus a quibusdam in
poribus corporibus: ea enim huius rei causa est,
quia videbant partes aliquas pati facilius,
quam alias. quare meatus quosdā illis par-
tibus inesse aiebant, quæ facilius pateren-
tur: vt plane constare possit, cum metalla
effodiuntur. In illis enim partes debiliores,
& quæ facilius patiuntur, venas quasdā per-
petuas habent, quas meatus, si velis possis
appellare.

Fodina, locus est vnde quidpiam effodi-
tur, siue lapides, siue metalla, siue quidpiā
aliud: adiuncto vero nomine altero ambi-
guitas adimitur: vt si argenti, aut auri fo-
dinam dicas.

Nempe quod est coniunctum, at
que vnum, id vt patiatu aptum nō
est.

Recenset conditiones aliquot necessa-
rias, vt aliud agat, aliud patiatu. prima cō-
ditio explicatur his verbis, quæ vicissim a-
gunt & patiuntur, neque vnum esse oportet,
neque continuū: ita vt quod agit & pa-
tatur vnum sit, atque continuū: & patia-
tur continuū a suspartibus. Ratio est quia
iam idem in seipsum ageret: nam quod con-
tinuum est, vnum atque idem omnino est.
altera explicat his verbis.

Sicut ne effectiua quidem & pas-
siua, nisi vel se mutuo, vel alia per-
tingant. Haud enim pertingens tā-
tum calefacit ignis, sed etiam cum
longius recessit. Ignis enim aerem
calefacit. aer, qui efficere & pati a-
ptus est, corpus afficit calore.

ca est.

in Hip.
Actus, &
potentia
sunt diffe-
rentiæ op-
positæ.

2.
Aliud pōa
tale est, a-
liud actio-
ne
Quæ pot-
est inuicē
agere & pa-
ti.

Vnde per-
sua deatur,
sententia.

Res nō pa-
tatur & qua-
liter secun-
dum par-
tes omnes.

Fodina.

Quæ nam
oportet
in esse his
quæ vicif-
sim agunt,
& patiunt-
ur.

2 ea est, corpora remota & separata, sunt autem huiusmodi, quæ neque se mutuo tangunt, neque medium habent aliquid, quod agere & pati possit, non possunt inuicem agere & pati. necessarium enim est ut vel se vicissim tangant, vel medium habeant aliquid, quod agere & pati possit. v. g. ignis dicitur nos calefacere, etiam si non tangat per se corpus nostrum, quoniam medius aer est, qui pati ab igne possit, calorem suscipiendo, & agere in nos, transfundendo calorem. Hinc autem facile quivis possit discernere, quo pacto per medium aerē patiamur: non enim eo modo id contingit, quo a pleurisque putatum est. Sed eo potius quæ Arist. exponit in præsentia. Ex his omnibus quæ hactenus dixit Arist. aperte constare possit quo modo fiat actio, & passio. Fit enim cū id quod actu est tale, agit: & id quod facultate est tale, patitur. Atque id secundum omnem partem. Ita tamen ut vel sine medio: servata debita distantia & proportione.

Qua ratio
ne spatia-
mur per
mediū ac-
tū.

In examinatione autem eorū sententiæ, qui putant corpora parte sui pati, parte secus, quod principio diximus, repetendū est, nisi enim magnitudo omni ex parte secari valeat sed sit corpus, vel latitudo indiuidua, nihil omni ex parte passivum, sed ne continuū quidem existat. At si hoc falsum est, & omne corpus est diuiduum, nihil interest, sit ne diuisum quidem, pertingens tamen, an diuiduum. Si enim per tactus, ut quidam aiunt, discerni potest, etiam si nondū fuerit diuisum, erit diuisum. Potest enim esse diuisum, quando quidē nihil fit, quod fieri nequeat.

Vt reprehendat Platonis, atque Democriti sententiam reuocat in memoriā Arist. verum esse quod dixerat paulo superius, necesse inquam esse, ut quod patitur omni ex parte patiarur, si ipsa magnitudo omni ex parte possit diuidi. at verò si essent indiuidua corpora, qualia concedebat Democritus, aut superficies indiuiduæ quas statuit Plato, non est necessarium putare id quod patitur omni ex parte pati posse. iam enim

essent superficies, & corpora imcompatibilia. Cum autem nulla sit magnitudo quæ non possit omni ex parte diuidi, neque erit quidpiam, quod non omni ex parte pati possit. tantundem est enim dicere, corpus quod pati potest, diuisum esse, & partes se tangere aut dicere, posse diuidi. Ratio est quia si per contactum segregari potest, ut quidam existimant, licet actu diuisum non sit, quia diuidi per contactum potest, non absque diuisum esse dicemus: nam quod fieri potest, si ad actum perducatur nihil sequitur impossibile.

Sed omnino ad hunc modū fieri, fissis corporibus, non est verisimile. Tollit enim ratio hæc alterationē. Nam videre licet corpus idem cum sit continuum, iam humidum, iam frigore concretum, quod ei non diuisione, & compositione vsu venit, non item conuersione, & diuerso tactu, ut tradit Democritus. nec enim transpositum, aut mutata natura ex humido fit concretum. Nec nunc sicca & concreta adsunt molibus indiuidua. Sed pariter omne iam humidū est, iam siccum & concretum.

Confutat adhuc etiam sententiam Platonis, quam, inquit vacare ratione. ait enim actionem & passionem in rebus fieri, diuisis corporibus, per contactum: quod autem absurda sententia ista sit, probat Arist. primum quidem quoniam tollit de medio alterationem. Nam proculdubio corpora videmus alterari nulla facta diuisione, aut compositione, aut conuersione: dum alterantur. Idem enim corpus continuum manens modo efficitur humidum, modo congelatur. Etenim si aqua frigore, & glacie concrescat, nihil in ea transpositum est, nihil diuisum, nihil versum aliter, at illa nihil aliud tangit, quemadmodum aiebat Democritus: sed tantum humor ille aqueus induruit, & partes omnes congelatas habet aqua: neque vllæ in ea manent solidæ partes, quæ mollem habeant: licet indiuiduam, ut volebat Democritus: sed totum quod erat prius humidum, postea effectum est durum, atque concretum per alterationem.

Adde

COMMENTARIUS.

Adde quod nec accretio constare potest, nec imminutio, cum non sit pars quæq; futura maior. Erit enim accessio, nec omne vel aliquo admisto, vel perse mutabitur. Ac gignere quidē res, & efficere, ac vicissim gigni, & pati, vtque fieri possit, & quomodo falso quidam putauerint, hætenus fuerit definitum.

Non solum tollunt alterationem qui sic existimant, sed etiam accretionem, atque imminutionem: nam si accretio fit appositæ aliqua re vel immeatibus, vel in vacuo, vel in contactu, sicut isti autores putant, perspicuum est, quod ita augetur, non augeri omni ex parte, neque quod minuit, minui omni ex parte, atqui vt ostensum est cap. 3. qd' augetur omni ex parte augetur: & quod minuitur, omni ex parte minuitur. Quod autem ita sit exemplo constat aquæ immisæ in vas, quod aquam etiam habet. Tunc enim non dicitur tota aqua augeri, sed per misceri tantum. at verò cum tota aqua perse transmutatur, atque in aerem conuertitur omnis pars aquæ maior efficitur. Quam hæc non est accretio, sed potius ortus: vt loco citato monstratum est a nobis. Deinde epilogum facit eorum quæ dixerat, in quiens, hætenus definitum esse, quid sit agere, & pati: generare & gigni. & quo pacto actio atque passio efficiantur: similiter ostensum est qua ratione falsæ sint de ea re aliorum philosophorum sententiæ, vt nostram melius apperiremus.

Argumentum cap. 10.

RXposuit Aristo. superioribus capitibus, quæ ad tactum actionem & passionem pertinent. hoc cap. de mistione disputatione instituit. De qua tertio loco differendū esse dixerat: hoc nos docet initio cap. more suo: simulque illas quæstiones numerat, quas de mistione tractare debet.

Cap. 10.

Supereſt vt de mistione eadem

ratione ac via differamus.

EAdem inquam via, qua de tactu, actione, atque passione differuit. rationem verò, cur de mistione agere iā debeat reddidit, cum inquit.

Nam ex his, quæ initio proposuimus hoc erat tertium.

Deinde quas sit de mistione quæstiones explicaturus, Arist. nos docet cum ait.

Quo in loco hæc erunt consideranda, quid est mistio, quid miscibile, & quibus rebus misceri datum est, & quomodo. Præterea mistio sit ne, an falso fingatur.

Sunt autem quæstiones numero quinque; videlicet. quid sit mistio, quid illud sit quod misceri potest, quibus in rebus mistio reperitur: quomodo efficiatur mistio. Postremò vtum in rerum natura mistio sit an non: & quidem licet vltimo loco Arist. posuerit quæstionem illam an sit permistio, primo illa loco tractanda est, quoniam ordine naturæ illa est omnium prima quæstionum. Nisi enim constituissemus esse mistionem, laborabimus in explicandis cæteris omnibus quæstionibus. Atque ideo hæc primum omnium quæstionem exercet, cum inquit.

Quinque de mistione quæstiones.

Quidam nanque fieri posse negant, vt aliquid diuersum, cum diuerso misceatur. Nam cum sint quæ mista fuerunt, nec alterata, nihilo magis tunc mista esse, quam prius. Sed perinde se se habere. quod si alterutrum interierit, non fuisse mista. Sed hoc esse, illud non esse. At mistionem eorum esse, quæ similiter se se habent ad eundem modum statuunt. Si mistorum vtumque in confusione perierit, neque enim mista esse, quæ ne existunt quidē omnino.

Anteà tamen quàm de ea quæstione quædam dicamus, meminisse necesse est, mistio bifariam dicitur.

Mistio bifariam dicitur.

nem bifariam vseruari. misceri enim dicuntur quæ quæcumque modo confusa sunt, atque permista. Deinde quæ temperantur, hoc autem loco accipit Arist. misionem secundam significatione, vt idem sit quoddam temperamentum: quæstionem verò sic tractat Arist. vt in contrariâ partè rationes cõijciat, quarum alijs videatur effici, non esse misionem, alijs verò probetur misionem esse, vt deinde ipse, tanquam iudex honorarius cõtrouersiam dirimat, & quæstionem absoluat: quidam ergo ex veteribus philosophis crediderunt nullam esse in natura rerum permissionem: in eam verò sententiam adduci potuerunt hoc argumento, quæ permiscetur, vt minimum, duo esse necesse est: nam idem sibi ipsi misceri non valet: ergo in permissione vel ambo illa quæ permiscetur, conseruatur, vel corrumpuntur ambo, vel alterum conseruatur, alterum corrumpitur, at verò nihil horum verum esse potest, ergo nulla est permissio. Discursus legitimus est, & maior aperta: siquidem nullo alio modo constare possunt ea quæ permiscetur nisi vno ex tribus superioribus. minor verò probatur. Primū non fit permissio vtriusque conseruatis, & formam suam retinentibus, cū em̄ non aliter modo se habeant, quā antea, si prius mista non erāt, neque modo mista esse dicentur. Erūt fortasse uiciniora, atque propiora effecta, at mista non erunt: si autem ea quæ misceri debent, corrumpantur ambo proculdubio permissa non erunt: nam quod corruptum est, non manet, atque miscetur, manent aliquo modo, ergo si vtrumque corrumpatur, non efficietur misionem: idem quoque censendum est si alteram corrumpatur, & seruetur alteram. Illud enim quod corruptum est non potest vlla ratione misionem esse, conseruari, cū eo quod manet: quare cum nullus modus, nulla etiam via maneat efficiendi permissio nem, credendum est, nullam misionem esse posse.

Hæc igitur quæstio inuestigare videtur, misionem quo differat a generatione, & interitu. & quod misceri aptum est ab eo, quod generari, & interire. differant enim oportet, si quidem sunt. quibus expositis, quæ querimus explicabuntur. Ceterum neque materiam cum igni misionem

esse dicimus, neque dum comburitur, misceri. non ipsam secum partibus non item cum igni. Sed ignem fieri, materiam interire. sicut nec cibum cum corpore misceri, nec cum cera figuram, cum molibus imprimitur. Iam nec cum corpore album, nec vt semel dicam, affectiones, & habitus cum rebus misceri valent. Salua enim conspiciuntur. Sed nec album & doctrina confundi valent. nec aliud quidquam ex his, quæ separari nequeunt.

Vt quæstionem propositam dissoluat, ad monet Aristot. quod ratio proposita postulat vt doceamus quid inter sit inter misionem, & ortum atque interitum. Nam si permissio reperitur necesse est vt differat ab ortu, atque interitu: quod si discrimen inuenerimus inter hæc ipsa, atque illud exposuerimus facilis erit solutio propositæ dubitationis. Virtute igitur hanc statuit assertionem Arist. generatio diuersa est prorsus a misionem. Hoc probat, quoniam cum quidpiam generatur, vt in ligno ignis, nemo dicit ipsam materiam, hoc est ligna, quæ comburuntur misceri igni, sed fit tunc temporis interitus lignorum, & ortus ignis. Nam neque dum lignum comburitur igni permisceri dicitur, neque eius partes, ignis partibus. Itaque permissio a generatione distinguitur, quia in generatione aliquid corrumpitur simpliciter, atque omnino, & similiter aliquid efficitur. In permissione nequaquam ita fit. Neque solum

Affertio. Arist. Generatio diuersa est omnino a misionem.

Differat misionem ab accretione.

Nemo enim inquit, ait Aristot. alimentum cum corpore misceri: sed ipsum corpus nutrirī, atque augeri alimento. Distinguit deinde illam ab alteratione, atque ita ait, quod neque dicuntur permisceri cum suis subiectis quæ semper sunt in aliquo subiecto: nemo enim dixit figuram esse permiscitam ceræ, aut candorem corpori: causa verò hæc misceri non dicantur neque affectiones vllæ, aut habitus aut quæuis accidentia cū subiectis in quibus insunt, ea est, quia vtraque omnino conseruantur: accidens

Ab alteratione.

F. inquit

Prima sententia eorum qui dixerunt non esse misionem. syllogismus.

COMMENTARIUS.

quam & subiectum. in permissione vero non omnino eadem seruant, quæ permiscetur. Addit in super, neque vnum accidens cum altero posse permisceri, si cōtingat vt duo diuersa accidētia simul in eodem subiecto existant: etenim si candor, & sciētia in eodem in sint homine, nunquam candor cum sciētia misceri dicitur. Ratio est quoniam aquæ non possunt a subiecto separari, atq; esse per se, permisceri nō possūt. Hinc colligit Arist. confectionarium, cū ait.

Quamquam hoc aiunt, sed falso, qui omniā quandoque simul esse, & misceri dicunt. Neque enim cū quæ res quæq; misceri valet. Sed necesse est, vt confusorum vtrūque se iungi possit. At qui affectionū nulla separari potest.

Confectionarium.

Illud autē est: minime sentire rectē, sed decipi potius qui censuerunt quondā fuisse permisceri omnia, aut qui putant omnia posse permisceri. fieri enim nullo modo potest, vt quæuis res cuius rei permisceant. quæ imo necessarium est, inter cætera, vt vtrumque eorum quæ permiscetur separari ab altero possit vt a subiecto, atque esse per se. Quare neque accidentia inuicē, neque cum subiecto permisceri possunt.

Sed quæ res partim facultate, partim actu existunt, fieri potest, vt mixta sint quodam modo, & non sint. Nam quod ex confusione euadit, actu quidem diuersum est ab ijs, ex quibus temperatur, facultate vero aliquid vtriusque eorum, quæ fuerant, antequam confunderentur, nec esse deleta. hoc enim est quod prius quærebamus. quæ vero miscentur, ea ex seiunctis coire, & posse item se iungi videntur. actu igitur non permiscetur, vt corpus & album. Rursus nec interit, nec alterum, nec vtrūq; quippe quorū virtus incolumis seruetur. de his igitur hæten.

His explanatis quæstionem propositam dissoluit philosophus: quod vt efficiat me-

lius, reuocat in memoriam diuisionem illā cuius sæpe numero mentionē facere solet: ea est: quæ sunt, partim sunt actione, partim potestate: quæ igitur miscentur partim manēt eadem, partim non manent: etenim in permissione, quod effectum ex vtriusque est quæ permiscetur, id solum actu esse dicitur: quæ vero permiscetur peracta permissione non amplius manent actu, sed tantū potestate: quare neque ambo corrumpunt, neque ambo manent, neque alterū corrumpitur, alterum manet, sed actū tantū existēdi amiserunt: & potentiam retinuerunt: cum aut inquit Arist. ea quæ mixta sunt, cū existunt in mixtione solū retinere potentiam, non significat, materiā tantum ipsorū manere, & dissipatam esse formam. nā non solum in mixtione materia manet eorū quæ permiscetur, sed formæ etiā manent: non integre tamē: ita vt res tales efficere possint, sed reuolūtæ quodammodo, atque refractæ: quod si quidpiā esset ea vi præditū vt posset formas extrahere ex illa mixtione, per ipsas formas nō extaret: quia si corpus mixtū in elementa dissoluatur, illa formæ elementorū quæ potētia prius in mixto inesse dicebatur, ad actū perducetur, atq; integre sine dubio manebunt. Quam ob rē inquit Arist. non est dicendū in mixtione vtrūque manere actu, vt manent corpus, atq; in corpore albor. neque corrumpi vtrūq; neq; alterū. Quando quidē vtrūq; formæ virtute retinet, atq; seruat in mixtione, hoc si dicam nulla, de re, proposita dubitatio manebit sed quæstio omnino soluta erit.

Sed iam proximā his quæstionē differamus, vtrū mixtio ad sensum aliquid sit? Idest cū ea quæ confunduntur tā minutim secantur, & sic inter se ponuntur, vt sensum lateat, an sint, tunc demū vtrū miscentur? an non?

Quæstionē illam vtrū permissio sit paulo superius Arist. absoluit atq; docuit esse permissionem: iam ad reliquas quæstiones orationem transfert, atque inquit, quid ipsa permissio sit. Hanc rem vt exponatur accuratius, atque melius modos duos narrat quibus aliqui potuerunt existimare fieri mixtionem: atque vtrumq; refellit: proprium deinde statuit. Vnde planē colligitur quid

Soluitque
tionē pro
posito Ari.

Quosent
potētiā
neant ea
quæ miscē
tur.

Quo mo
do fiat per
missio.

quid sit permistio. Primum autem modum efficiendi permistionem interrogacione effert Arist. cum ait, vtrum mistio ad sensum aliquid sit? quasi dicat primum modum efficiendi permistionem a quibusdam putari, cum res ita minute congregantur, atque inter se confunduntur vt propter exiguitate partium singularum, minime possint discerni sensu vi dendi, sed vnum atque idem credantur, vt si quis farinam tritici cum hordei farina, aut puluerem cum harena, ita confundat vt acie oculorum alterum ab altero discerni minime possit. & hic primus est modus efficiendi permistionem. In quo formæ eorum quæ miscentur integræ seruantur, non possunt tamen discerni, quoniam sunt admodum exigua: alter modus efficiendi mistionem est eorum philosophorum qui atomos statuunt, omnium rerum prima initia, atque principia. Aiunt enim his autores fieri permistionem cum corpora in ea dissoluantur, ex quibus constat, nepe in atomos. Deinde atomi, in quas corpora sunt dissoluta coniunguntur. Quæ admodum hordei grana cum granis frumenti permista esse dicuntur: quoniam prope sunt collocata.

Sed mistorum quælibet pars, cui libet apponitur? Illud enim perinde est, ac si dicas ordeï grana cum tritici granis temperari. Cum eorum cuique apponitur aliquid.

Improbat Arist. vtrūq; superiorē modum efficiendi permistionē, primum quoniam diuersa est compositio a permistione. at verō qui priorē modū sequunt, eandē vtramque faciunt. Modus igitur ille probari non potest. nota est consequentia, & vtraque pars antecedentis persuaderetur. In primis vero maior propositio. Vinum enim aqua temperatū mixtū est: compositum vero minime. Domus ex lapidibus & lignis composita esse dicitur, mixta nequaquā. Ergo non est eadem compositio cum mistione. Minor etiā constat: quoniam cum res minutæ congregant, ita vt acie effugiant oculorū compositæ esse dicuntur, non temperatæ, aut mixtæ. Ergo non ita fit permistio quæ admodū autores huiusmodi volebant. Animaduertit etiam Arist. hoc argumentū solū sumit ex communi loquendi consuetudine: oēs enim ita sentiunt, atque loquuntur. Ex vera autem ratione efficiendi mistionē

non sumit argumentū: quia nondū ab eodē modus constitutus est, mistionis efficiendæ.

Sin autem omne corpus est diuiduū, & corpus cum corpore misceri potest partium similitudine, necesse erit, quanlibet partem cui libet apponi. Sed quoniam secari ad minima non licet, neque est idē compositio & mistio, sed diuersum, profecto non est dicendum, quæ temperantur, ea per incolumes particulas mista esse. Alioquin congestio esset, non temperamentum, aut mistio. Nec pars eandē atque totum rationē fortiretur. At si quid temperatū est, hoc similibus partibus constare putatur. & vt pars aquæ aqua est, sic & misti. At si mistio esset, per exigua compositio, horū nihil eueniret. Sed ad sensum mista essent, & quod parū perspicaci, mistum esset, hoc lynci non item. neque diuisione. nec quælibet pars cui libet est apposito. Cum ad hunc modū secari non liceat. Aut ergo mistio non est, aut quō fieri possit, rursus est disputandum.

His verbis tangit secundam rationē aduersus autores superiorum modorum efficiendi permistionem, ea est, in permistione oēs partes consimiles esse necesse est, ita vt quæuis pars mixti mixta sit, alioquin non esset vnum corpus continuū illud quod efficitur ex permistione: sed diuersum potius. at vero si eo modo, quem recensuimus, permistio efficiatur non potest quæuis pars mixti esse mixta, quando quidem non oēs partes eandem habent cum toto rationē, neque inter se. Ergo neutro illorum modorum permistio efficitur: & cum multis argumentis monstrauerimus nihil esse in natura rerū minimum secundū quantitatem & quod diuidi non possit, credendum non est positum iuxta se minimis corporibus permistionem fieri. nos autem inquit Arist. ea solum permista esse dicimus quorum partes eandem habent rationē cum toto: vt sicut quæuis pars aquæ, aqua est: sic quæuis pars mixti, & temperati mixta sit, atque temperata, si autem permistio

2. Ratio
Cōtra eos
dem.

Improbat
duos mo-
dos superi-
ores effi-
ciendi mi-
stionē A-
ristote-
li.

1. Ratio.

Ex commu-
ni loquēdi
vsa temp-
tū argumē-
tum.

COMMENTARIUS.

Ratio esset congregatio partium exiguarum nulla esset vera, & naturalis permissio, sed quæ appareat sensui. Insuper accideret res quædam admodum absurda ea nempe, ut quæ mihi permissio est, qui acie oculorum parum valeo, alteri qui cernit accurius, permissio non sit. est autem linx animal visus accurissimum. ut est Plinio atque Aristoteli constat: & nomen ad eos transferri solet qui acie valent oculorum. Eodem modo falsum est, quod Democritus, atque eius sequaces aiebant, permissio fieri per dissolutionem corporum mixtorum, & atomorum, quæ ex illis corporibus prodierunt, congregationem. Quædoquidem nullum individuum est: sed quodvis natura sua infinite secari potest. & quidem, cum ostensum sit alijs locis nullas esse atomos, nulla corpora insectilia non efficiuntur ex atomis permissio: hinc colligit Aristoteles aut nullam omnino esse permissio, aut præter duos superiores modos, alium esse quædam efficiendi eandem. qui si sit, inquirendus nobis est: atque etiam explicandus.

Linx.

Res igitur partim effectivæ sunt, partim ab his pati possunt, sed in quibusdam reciprocatio est, & inter se efficiunt, patiunturque vicissim. nempe quarum materia eadem est. aliæ vero efficiunt, non etiam patiuntur. quarum videlicet materia non est eadem. Hæc igitur in permissioem coire nequeunt. Neque enim medendi ars mixta cum corporibus sanitatem efficit, neque sanitas cum corporibus temperatur.

Porro quæ efficere, & pati idonea, divisioni sunt opportuna ea si multa paucis, aut magna parvis committantur, permissioem non efficiant, incrementum efficiant eius, quod victor evaserit. In victorem transeunte altero. Verbi causa gutta vini numerosis aquæ amphoris non miscetur, cum solvatur species & in omnem aquam mutetur. At cum viribus paria quodam modo sunt, tunc vero utrumque è sua natura transit

quidem in victorem. non tamen alterum efficitur. Sed medium & commune. ut intelligatur efficientium ea demum misceri apta esse, quæ contrarietatem habent. Hæc enim vicissim inter se pati possunt.

Dixit oportere inquirere atque etiam explicare modum alium efficiendi permissioem, si quispiam sit, hunc docere nos cupit Aristoteles. ex propria sententia. Ad eam rem commodius efficiendam reuocat in memoriam quod definitum est ab eodem cap. 7. illud autem est, quædam res sunt quæ habent vim efficiendi, quas effectivas appellat: aliæ vim habent accipiendi & patiendi: seculo accipit, quod est etiam dictum loco eodem: quod eorum quæ habent vim agendi atque patiendi quædam sic affecta sunt, ut inter ea sit actio reciproca, ita ut eadem agant, simul & patientur: sunt autem id genus quæcumque habent materiam eandem, atque potentiam. Aia vero licet agant, non patiuntur necessario ab his in quæ agunt, ea sunt quorum materia non est eadem, sed diuersa. Quemadmodum longiori oratione tractata a nobis res est loco citato: & præterea in questione quam seorsum de eadem re habuimus. His ita constitutis admonet nos Aristoteles. quæ nam ea sint quæ permisceri possint: atque ait, illa solum permisceri posse quæ eandem habent materiam: quoniam hæc vicissim agunt atque patiuntur. Quæ vero non habent materiam eandem permisceri non valent: quoniam non possunt vicissim agere atque pati. Rem probat exemplo, ars enim medica humanis corporibus non dicitur permisceri, ut sanitatem efficiat: neque etiam sanitas miscetur corpori, ut sanum efficiatur. Neque demum effectiones vitæ habitusque, cum subiecto in quo insunt: ratio est quoniam non habent communem materiam: neque inuicem agere & pati possunt: etenim ars medendi nihil ab ipso corpore patitur. Deinde numerat Aristoteles quædam aia quæ sunt necessaria ut res permisceantur. Vnum est: non omnia quorum materia eadem est permisceri possunt: nam lignum non permiscetur ligno, neque lapidi, sed præterea necessarium est, ut quæ debent permisceri facile possint diuidi, & terminum suscipere.

Hypotes.

Quæ nam possint permisceri.

Quæ non permisceantur.

re: id

re: id genus sunt omnia humida: quæ Ari-
lib. 4. Meteorologia testatur facile posse
admittere alienum terminum. Itaque hu-
mida sint oportet quæ miscetur. Verunta-
men non quicquid humidum est, alteri hu-
mido appositum, atque coniunctum mi-
stionem facit. Nam si guttam vini in cen-
tum amphoras aquæ conijcias. v.g. non ef-
ficies permistionem, licet humori humor
appositus sit. Quare cum multa paucis, aut
exigua, maximis coniunguntur, mistio nõ
fit, quin potius id quod præualet, atq; vin-
cit, quadam tenus augetur: quod verò vin-
citur, & superatur, corrumpitur. atq; tran-
sit in naturam potentioris: euanescit enim
modicum illud vinum quod diximus ad-
di multæ copię aquæ, aut in naturã equæ
transmutatur. Quare hæc permutatio, per-
mistio vocanda non est: sed potius genera-
tio atque corruptio. Necesse igitur est, in-
quit Arist. vt quæ permisceri debent, vim
& facultatem ferè æqualem habeant. vel si
inequalia sint, non multum, vnum ab alte-
ro superetur. æquata enim vi, & facultate
vtriusque, non omnino, sed quodammo-
do vtrumque transmutatur, quoniam ali-
quo pacto vtrumque vtrique dominatur,
sed non ita vt vnum efficiatur alterũ. At-
que hoc modo fit quoddam tertium com-
mune vtriusque, & intermedium: quod sit
potentia & facultate vtrumque quod mis-
ceretur, neutrum verò actione. ex his quæ di-
ximus, manifestum euadit, quæ nam ea sint
quæ possunt permisceri: ea sunt quæ habent
contrariam naturam, & vicissim agere &
pati possunt. talia sunt quæ humida sunt:
illa quodam modo equalia cum fuerint se-
eundum. potentiam mutuo transmutatur,
& commune quoddam efficiunt consors
vtriusque naturæ.

Parua item paruis apposita ma-
gis miscentur. quippe quæ facilius,
citiusque inter se mutantur. Multũ
vero a multo sero mutatur.

Docet quæ maxime misceri possint,
me atque ita ait, exigua exiguis melius com-
miscentur. Ratio est quia hæc citius atq;
celerius permutantur. Permistio verò sine
permutatione non peragitur: quæ vero
magna sunt non tam celeriter, aut facile
permiscentur: quoniam non tam facile

permutantur. Contrariorum enim contra-
riæ sunt causæ.

Quare diuiduorum, & passiuo-
rum terminatu facilia ad miscen-
dum sunt apta. quia facile in parua
secatur. hoc enim est esse facile ter-
minabile. Verbi causa corporum
humida misceri aptissima sũt, quia
diuiduorũ humidum facillime ter-
minatur. nisi si viscosum est. Hęc
enim maiorem & ampliorem molẽ
efficiunt.

Addit aliud genus eorum quæ facile mi-
sceri valent, atque inquit, ea apta esse ma-
ximè vt miscantur quæ postquam diui-
sa fuerint facile terminari, atq; definiiri pos-
sunt. Ratio est quoniam in minimas partes
rediguntur. quod est necessarium ad mistio-
nem efficiendam: quam obrem inquit, cor-
pora humida maximè apta sunt ad efficien-
dam mistionem. quoniam facile omniũ ter-
minantur & definiuntur. Siquidem facili-
mè omniũ diuiduntur, & in partes ad-
modum exiguas secatur. quod est esse faci-
li terminabile: excipit tamen quædam cor-
pora humida quæ nõ facile permisceri pos-
sunt, cum, ait, nisi si viscosum est. Corpora
enim viscosa, atq; tenacia cuiusmodi sunt
oleum, sæbum, adeps, & viscum, non facile
possunt misceri, impedimento est lentor.
Nam propter lentorem partes difficile se-
parantur inuicem: & quæ infunduntur, ob
eamdem causam, penetrare intus non pos-
sunt: sed elabuntur quam facillimè. atque
ita fit, vt lenta, viscosa, & tenacia, minime
miscantur. sed apposita & iuncta simul mo-
lem reddunt ampliorem.

Cum vero alterum modo passiuũ
est, aut cum alterum vehementer, al-
terum leniter pati aptum est, quod
ex eis conflatur, aut nihilo, aut pau-
lo plus est. quod in stano & cre vsu
venit.

Quædam enim ancipitis inter se, ac
dubię nature sunt. Videntur enim
quodam modo leniter miscibilia,
& tanquam alterum susceptiuum,

Quæ maxi-
me atque
aprimè per-
misceri
possint.

Exceptio:

Viscosa di-
ficile per-
miscantur.

COMMENTARIUS.

alterum species. quod in his contingit. Stanum enim ceu sit affectio æris absque materia, paulo minus evanescit, & cum mistum est, petit. profugumque colore tantum inficit. quod ipsum in alijs quoque rebus accidit.

Quoniam dixit viscosa iuncta simul, licet non efficiant mistionem, magnitudinem maiorem reddere, arrepta hinc occasione docet, esse quædam in naturarum, quæ licet apponantur, & transmutentur, paulo maiorem mole efficiant, ea sunt quæ ita inter se affecta sunt, ut alterum modo, hoc est tantum modo, passivum sit, pari inquam possit. Vel naturam habeat maxime patibile, alterum vero, aut nihil pati possit, aut parum. re probat ex ære & stagni, quæ si coniungantur, transmutata, aut non efficiunt magnitudinem maiorem, aut paulo maiorem reddunt: quoniam est difficile pati potest. stagnum, facile. quæ verò huiusmodi sunt inquit Arist. non omnino dicuntur permisceri, sed sunt potius nature cuiusdam dubiæ atque ancipitis: quæ ob eam causam blutire dicuntur. Ut enim balbutientes, qui non recte voces reddunt, quodammodo loqui dicuntur. Et quodammodo, non ita hæc quæ mediâ habent naturam, quodammodo multa parari possunt, quodammodo non possunt. quorum alterum tanquam subiectum esse videtur, atque materia: alterum vero tanquam species, atque forma. Stagnum enim velut forma est atque affectio æris, quod, ubi miscere volumus cum ipso ære pene totum evanescit, atque in vaporem abit, & solû relinquit æris colore idem quoque contingit incinere & aqua: atque id est quod Aristot. significat, cum ait, quod ipsum in alijs quoque rebus accidit: aqua enim solum accipit a cinere colorem. Quemadmodum ergo diximus superius iuxta sententiam Aristot. affectiones subiectis non permisceri, sic neque æs stagni, neque cinis aquæ miscentur omnino. Alterum enim est velut subiectum, alterum velut affectio subiecti, aliquo autem modo permisceri videntur, quoniam molem hæc reddunt aliquantulo maiorem. quod non fit, cum affectio aduenit subiecto: atque ideo quædam sunt, ut diximus, quæ naturam mediam, atque ancipitem, dubiamque habeant.

Quæ nam adiecta in vicem mole reddat paulo maiorem.

Quæ dicantur balbutire.

Quædammodo.

Id est quod.

Esse igitur mistionem, & quid, & quamobrem sit, & quæ res misceri valeant, ex dictis satis declaratur. Sunt enim talia quædam, qualia quæ inter se vicissim pati, & facile tum terminari, tum diuidi apta sunt. Hæc enim cum miscentur, nec ut eadem simpliciter sint nec ut pereant est necesse, nec ut eadem simpliciter sint nec ut horum mistio sit compositio, nec ad sensum. Sed miscibile est. quod facile terminatum, passivum est, & effectivum, & tali misceri potest. Miscibile namque ad equiuocum dicitur. Mistio vero est miscibilium alteratorum unio.

Epilogum facit hoc loco Arist. eorum quæ **Epilogus.** dixerat: inquitens ex his quæ sunt a nobis commemorata, manifestum esse, quod sit rerum per de causa fieri soleat: & qualia ea sint quæ permistio, & quæ sit mistionis natura, & qua misceri possint, & certis finibus facile contineri, & facile diuidi. Quæ verò miscentur cum permista sunt, neque simpliciter dissipantur atque abolentur, neque simpliciter atque omnino dicuntur manere: sed formas ita habent dominas, ut nihil sint actu, sed nomen habeant corporis permisti. Hæc verò permistio eorum quæ miscentur neque compositio est. sensus fide comprobatur, ita ut sensui videndi solû mistio esse dicatur. hinc colligit Arist. finitionem miscibilis, hoc est, eius quod misceri aptè potest. ea est, miscibile est, quod facile terminatum passivum est, & effectivum, & tali misceri potest. Id est quod eam habet naturam ut facile diuidatur, & terminum suscipiat, & quod habet in se vim agendi atque patiendi. & continuari alteri potest. Hinc colliguntur omnes illæ conditiones quas nos superius ex Aristot. opinione necessarias esse diximus, ut res misceantur. At miscibile ad alterum dicitur. Nam miscibile miscibili est miscibile. Quare refertur ad id quod tecum habeat nomen commune: inquit autem Aristot. miscibile dici ad equiuocum: quoniam ad illud refertur. quod ut minimum idem habet cum illo nomen,

Miscibilis.

Miscibile ad alterum dicitur.

Mistionis
initio.

nomen, nam miscibile refertur ad miscibile. Postremo mistionem definit hoc modo, mistio est, miscibilium alteratorum unio. Hoc est earum rerum quae permisceri possunt in unam naturam coitio facta per alterationem. Ea vero diffinitione materia comprehenditur, cum inquit, miscibilium. Forma vero cum unione esse ait. Praeterea exprimitur modus efficiendae mistionis, cum dicat Arist. mistionem unione esse miscibilium, sed alteratorum. haec sunt quae ad explanationem sententiae Arist. pertinere videbantur, ex quibus omnibus illae quaestiones numeratae initio huius capituli solutae sunt. sed nos, ut haec aperiore sint quaestiones alias tractemus, quae obiter insinuantur eodem cap.

Quaestio.

Vtrum per acta mistione formae
elementorum maneant in mix-
to: vulgo quaeritur, vtrum ele-
menta maneant forma-
liter in mixto.



DE hac quaestione apud antiquos variae fuerunt sententiae. Omnes tamen ad tres potissimum referri possunt: una est stoicorum: atque etiam Aviceana, qui hac parte stoicos philosophos sequutus est: ij ferunt, formas elementorum sinceras omnino, atque integras manere in mixto: illa ratione persuasi maxime, quoniam cum lignum comburitur conspiciamus ex eodem prodire quatuor elementa integra: nam prodit aqua: ignis in eo fit, cinis qui naturam habet terrae. Fumus praeterea qui aerem refert, ergo erant prius haec ipsa elementa in re mixta: nam unum quodque in ea resoluitur, ex quibus est constitutum: horum tamen philosophorum sententia vera esse non potest, illa ratione, quoniam si vera sit, non seruantur leges mistionis: nam vel quavis pars mixti mixta non est, vel conceditur penetratio dimensionum: erunt enim iam duo corpora in eodem loco. aut enim formae omnes elementorum existunt in eodem loco, atque eadem parte corporis mixti. vel non, si concedamus non existere in quavis parte, sed locis diversis iam nulla pars mixti mixta erit: quoniam iam in nulla parte effecti corporis simul

existunt omnes formae elementorum. Si vero dicamus esse omnes formas in eadem parte, corpora se penetrabunt: nam quaevis forma elementorum, si integra sit, natura sua quandam habet magnitudinem. magnitudines igitur diversarum formarum simul existet in eadem effecti corporis parte: atque ita fiet ut corpora se penetrarent. vtrumque vero absurdum est, si absurdum appellare licet quod est impossibile, ut Arist. loquitur primo physicorum: ergo stoico: sua opinio probabilis non est.

Altera sententia est Auerrois, quem commentatorem vulgo nominant sine ratione. Is inquit, manere in mixto formas elementorum, at non integras, & sinceras, sed remissas potius. Quam sententiam non solum ille probat, sed praeterea inquit, ab eodem Aristotele principem philosophorum non abhorre. hoc persuadere cupit, atque studet diligenter citatis aliquot eiusdem philosophi testimoniis, petitis ex cap. superiori Primum, cum dicat Arist. hoc eodem cap. formas miscilium in re mixta partim manere, partim non manere, proculdubio existimat, inquit Auerrois non manere integras formas ipsorum, manere tamen remissas, atque remissas: deinde ex definitione mistionis sumit argumentum, cum enim mistio sit miscilium alteratorum unio, necessarium est dicere formas manere eorum quae miscentur. Alias quo pacto eorum quae miscentur unio efficietur. cum autem perfectae manere non possint, manebunt necessario restructae, atque remissae: tertio si non manent formae miscilium in mixto, sed absumantur, nullum discrimen reddi atque assignari recte potest inter mixtionem: & interitum atque ortum. Nam utrobique nihil manet eorum ex quibus ortus effectus est, atque mistio: postremo non poterit verum esse quod Arist. inquit praesenti cap. formas miscilium ab ipsa mistione abstrahi posse natura sua. quod sane efficietur si vis aliqua addit quae formas separaret. Etenim si nullo pacto formae maneant, neque poterunt villo pacto abstrahi, & separari ab ipso mixto. Nam quod nullo modo est, neque separari potest, cum autem nullus alius modus sit, quo manere formae possint in mixto nisi remissae, & remissae, existimare par est hac ratione manere. his argumentis adductus Auerrois credit manere formas miscilium in ipsa mistione.

Opinio

Testimo-
nia Arist.
in ista sen-

Tres sententiae de quaestione proposita.
1. Opinio
Ratio.

Refellitur

COMMENTARIUS.

Non sentit
Arist. idem
cum Auer-
ro.

hæc tamē Auerrois opinio diuersa esse cre-
ditur ab opinione Arist. de hac re. Nā Ari-
st. solum inquit miscibilia manere in mixto,
non actione quidem sed potentia, atq; vir-
tute: hoc aperte refert præsentī cap. cū ait,
partim manere miscibilia, partim non ma-
nere. non manent inquit actione, sed potē-
tia tantum atque virtute. Item neque inte-
rit alterum, neque virumque: subiungit,
quippe quorum virtus incolumis serua-
tur. itaque virtutes ipsorum miscilium ma-
nere inquit, in mixto. quam rem appertius
dicit cap. 1. lib. 2. de partibus, quo loco cum
dixisset primam compositionem esse ex vo-
catis elementis, rem exponēs, addit, sed me-
lius fortasse dici possit ex virtutibus con-
fici elemētorum. Eadem est Galeni senten-
tia li. de natura humana, & de placitis hyp-
ocraticis atque Platonis, eandem amplecti-
tur diuus Thomas: quod credat ita Aristot.
sentire. Eadem quoque probatur primum
hæc ratio, aut in mixtione manent virtutes
eorum quæ miscentur, aut ipsa miscilia:
nihil est tertium, est ergo necessarium alter-
rum manere: at formæ non manent, nā vel
integræ, vel remissæ, integras manere non
possent, docuimus paulò superius. cū in dis-
putarem aduersus stoicos. neque manere
possunt formæ remissæ, vt inquit Auer-
rois, quoniam, vt monstrabimus paulo in-
ferius, formæ elementorum neque intendi,
neque remitti possunt, ergo necessario ma-
nent in mixto virtutes miscilium. Deinde
si formæ aliquo pacto manerent, mix-
tio, compositio esset ex pluribus illis for-
mis: vt domus ex lapidibus & lignis, at Ari-
st. diuersim esse inquit a compositione, ergo
formæ miscilium non manent in mixtione: ac
cedit ad hoc quod si formæ manerent, neces-
sariò debēt cum illis manere naturales qua-
litates, quæ formas ipsas consequuntur. Pe-
terea etiam quantitas aliqua adesse debet si-
mul cum ipsa forma, cum sit illa forma na-
turalis in materia posita, quare erunt simul
quatuor quātitates, quæ debētur quatuor
formis elementorum, & si militer erūt qua-
tuor materia diuersæ, quia singulæ formæ
suam habent materiam, his rationibus qui-
dam asserunt huiusmodi sententiam veram
esse, & conformem Arist. quam si verā esse
credamus necessarium fuerit rationibus sa-
tisfacere quæ aduersus eadē adductæ sunt:
in primis vero testimonium illud Arist. cū
inquit, formas miscibilium partim mane-

Potētia ait
Aristot. for-
mas mane-
re in mixto

oia q

oia q

2

3.

Refellitur
in contra-
rium addu-
ctæ ratio-
nes.

re, partim non manere, non est ad formas
referendum, ita vt aliquo modo formæ ma-
neant, sed dicuntur miscibilia quodam mo-
do manere, quia eorum virtutes & faculta-
tes manent, sic enim ait Arist. non manēt
quidem actione, sed virtute. Definitio ve-
ro mixtionis iuxta hanc sententiam sic intel-
ligenda est, mixtio est variō virtutum alte-
rarum, eorum quæ miscentur. Ad tertiū
dicendum est quod tamē formæ non ma-
neant in mixto proculdubio mixtio diuer-
sa est ab ortu & interitu. Nam cū quid-
piam corrumpitur nihil per se manet præ-
ter materiā, cum verò mixtio efficitur præ-
ter materiā miscibilium omnium quæ
nō ex omnibus efficitur, & formam insci-
pit mixti, manent etiam virtutes ipsorum
miscibilium. ab ortu deinde mixtio differt
quia terminus ortus substantia est, termin-
us vero mixtionis est vno virtutum, terū
eorum quæ miscentur. Postrema ratio sol-
uitur, quia quāuis dicat Ari. quæ miscent
abstrahi posse, & separari ab ipsa mixtione,
Postquam mixtio effecta est, non est neces-
sarium vt formæ miscibilium adint actio-
ne in mixto, sed satis est quod sint potesta-
te, quæ alienā vi ad actum extrahuntur. vt
cum lignum comburitur virtute dissoluen-
tis lignum, quatuor elementa, quæ virtute
solum & potestate aderat in ligno ad actio-
nem pertrahuntur. Verum manet adhuc quæ-
dam difficultas, quæ non sinit conquire-
re autorem huius sententiæ, videtur enim
quod in iplo mixto non possint manere so-
lum virtutes & facultates elementorum ni-
si etiam maneat eorum formæ nam virtu-
tes elementorum qualitates sunt quædam,
atque accidentia: atque accidentia sine sub-
iecto existere non possunt, ergo vel manēt
ipsa elementa in quibus qualitates eorum
dem seruentur, vel si formæ miscibilium
non manent, neque vlla ipsorum qualitas
manebit: nam iuxta Aristot. sententiam,
quod est ante monstratum superius, accidē-
tia non existunt in materia tanquam in sub-
iecto, sed in composito: dicendum est ratio-
nem nihil concludere: quoniam non manēt
eadem virtutes numero, sed specie: sed vr-
gebis iam hinc effici eandem esse omnino
mixtionem cum interitu. nam quemadmo-
dum cum quidpiam corrumpitur, nihil ma-
net præter materiā, ita quoque eorū quæ
miscentur, re vera sola materia manet nam
accidentia eadem numero, quæ prius ade-

Obiectio,

Soluitur.

V. geo.

Soluitur.

ran

rant minime conseruantur, sed eadem specie. Dicendum est hoc esse satis ad discrimē alignandum inter vtranque transmutationem, nam in interitu neque forma neque virtus manet eadem numero, vel specie. At in mixtione virtutes & facultates manent eorum quæ miscentur, specie eadem, licet numero minime. Sed quoniam hæc vna sententia maximè probabilis videtur, & Arist. conceditur, ne quispiam scrupulus manere possit, sciendum est nihil esse aliud elementa manere in mixto virtute, aut in quavis alia mixtione manere miscilia, quæ corruptis formis eorum quæ miscentur, qualitates eorumdem superstites manere. Nam qualitates miscilium ipsorum sunt virtutes & facultates. Hanc sententiam explanat Arist. lib. 2. de partibus animalium cap. 1. his verbis, cum itaque triplex sit compositio, prima statui potest ea quæ ex primordijs ipsis, quæ nonnulli elementa appellant. re de clarans, addit, terram dico, aquam, aerem, ignem. subiungit, sed melius fortasse dici possit ex virtutibus confici elementorum, ipsique non omnibus, sed vt alibi antea expositum est: humor enim & siccitas, & calor, & frigus materia corporum sunt compositorum. Vnde constat aperte ab Arist. virtutes elementorum vocari primas qualitates, & illas solum eius iudicio, in mixto manere. Eundem Galenus interpretatur, medicus summus diligentissimus etiam philosophus lib. 2. methodi medendi, dicens. Disfident in eo, ommitto priora, quod Aristot. qualitates tantum in se mutuo transire, omninoque misceri refert. Quam sententiam probat idem Galenus in fragmento de naturalium facultatum substantia, quo loco cum sententiam stoicorum de re proposita recensuisset, subiungit, cæterum qualitatibus fieri temperationes probabilius censet. Præterea Hippocrates, vt Galenus refert lib. 8. de placitis Hippocratis & Platonis eandem opinionem amplectitur, ait enim ipsa elementa non manere actione in mixto, sed potestate solum. Eandem insinuat sententiam Plato in timæo. Vt sola trium magnorum virorum autoritate, Hippocratis inquam Platonis & Aristot. credere debeamus in compositis, seu mixtis tantum qualitates elementorum manere: scio tamen esse quosdam vsque adeo studiosos Auerrois vt mordicus eius sententiam hac parte tueri velint, atque defendere. Quasi minime abhorrentem a pla-

citis atque doctrina Arist. quibus vt more aliquo pacto geramus & ansam concedamus defendendæ eius opinionem, libet pauca de eiusdem opinione differere. quoniam vero potissima vis ad illam asserendam sumenda est ex remissione elementorum, paucis mihi ea quæstio tractanda est, atque etiã rationes, quæ adduci vulgò solent in contrariã partem dissoluendæ: vt disputatio perfecta possit euadere aliquomodo.

Quæstio.

Vtrum formæ elementorum
intendi possint, atque
remitti.



Nus Auerrois commentario in lib. de cælo, commento. 67. & in lib. quæ fecit de mixtione. Rursum commentario in hoc postremo cap. lib. i. testatur formas substantiales elemen-

torum suscipere magis, & minus, more accipientium. Hanc sententiam, vt confirmet duo accipit, vnum est quod elementa non sunt perfectæ substantiæ, sed mediũ locũ tenent inter substantias atque accidentia. Alterũ est quod qualitates elementorum sunt formæ substantiales eorundem. In qua opinione plurimi alij antiqui philosophi fuerunt. quod nullã aliã elementorum formã agnoscerent. Quare ipsa elementa definiabant per easdem qualitates, tanquã per formas. constat cap. 2. huius lib. & cap. 4. proximi lib. his positæ sententiã confirmat suã Auerrois hoc modo, quæ sunt contraria intendi, atque remitti possunt. vt Arist. innuit in categoria de qualitate, & est ante eo loco explanatũ vberrimè: sunt autem formæ elementorum contrariæ, vt plane constat: ergo intenduntur, & remittuntur. Ait igitur Auerrois, elementa retinere in mixto suas formas substantiales, non tamen omnino integras, sinceras atque perfectas, sed retusas remissasque. & quoniam imperfectæ manent, nam manent remissæ, fit vt non possint suas naturas constituere, aut præbere speciei appellationem illis rebus in quibus existunt, sed species sumuntur & appellatio ab ea forma ex quæ quæstio

Auerrois inquit formas elementorum intendi, ac remitti posse.

I

2.

Ratio.

Quid sit elementa manere in mixto.

Galenus

Hippocrates.

Plato.

ne resultat. hæc est sententia Auerrois de utraque parte questionis: quæ si hoc pacto intelligatur, defendi commodius poterit, quam quo modo vulgò defendi solet. verum quòd formæ elementorum remissæ, & quodammodo castigatæ, atque repressæ in composito manent, illis argumentis probari debet, quibus vñ sumus superiori quaestione, cum aduersus sententiam Arist. disputaremus. Nunc verò audiamus differentes contra Auerroem: in primis videtur falsum esse quòd elementorum formæ intendantur & remittantur. Nam elementa substantiæ sunt, at substantia non suscipit magis, aut minus, vt est autor Arist. in categoria substantiæ. Neque enim vnus ignis magis est ignis, quam alter. Neque vna terra quam altera. Sicur neque vnus homo, quàm alius. Dicit Auerrois, elementa, cum mediam seruent naturam inter substantias, & accidentia, non esse veras substantias: cum vero Arist. inquit substantiam non dici magis, aut minus, perfectam substantiam intelligit: qualis est composita: nihil autem prohibet vnum ignem, qui sincerus est, & composito non adest, cum non sit eius forma rerusa, aut remissa, magis ignem esse, quàm eum qui adest in mixto, seu composito: cuius formæ vis omnis repressa est atque remissa. Deinde possit quispiam obijcere contra eandem sententiam, si formæ elementorum possint intendi, atque remitti, sequitur quòd ortus elementorù sit motus continuus. Consequens est falsum, ergo & Auerrois opinio: successiue enim forma corrumpitur & comparatur: atqui hoc pugnat cum veritate cap. enim. i. lib. 5. de phys. auscul. monstrat, transmutationem in substantia, motù non esse: sed mutationem. Dicit Auerrois nihil esse mirum si qua parte elementa accedunt ad accidentia; eorum formæ intendantur, & remittantur, quòd vero Ar. testatur l. 5. phy. de perfectis substantijs intelligendum est: tertio obijcies, esse substantiæ, est esse indiuiduum. Sùt enim substantiæ sicut numeri. quibus nihil addi aut detrahi possit, in columi manente natura substantiæ: ergo formæ elementorù non possunt intendi, aut remitti incolumes manentes. dicit Auerrois, ea verba solum pertinere ad perfectam substantiam, non ad eam quæ dubia est atque media inter substantiã & accidēs: qui autem velit subuertere hæc parte Auerrois opinionem ostendet quali-

tates elementorum non esse veras atq; germanas ipsorù formas: sed quoniam nos veras ignoramus his pro veris vtimur: nã si veræ formæ non sint etiam si contrariæ existant ipsæ qualitates, & dici possint magis, aut minus, non oportet existimare, ipsa etiam elementa magis & minus dici, cù non sint per se, cõtraria, sed ratione qualitarum, quibus efficiuntur constantque.

Altera vero pars huius sententiæ Auerrois plures habet difficultates, & lōge maiores: quas qui hanc sententiam conturare velit, facile ex cogitare possit. Nos autem ad alia his prætermisissis orationem referamus.

Argumentum lib. 2.



Propositum Arist. in hoc secundo lib. est de ortu, & interitu differere: non vniuersè quidè & generaliter. Nam ea ratione de omni transmutatione actum est lib. i. præsertim verò de generatione, & corruptione. sed specialiter: nam docet viã & ratione, qua elementa corporum generantur ex quibus tanquam ex principijs omnia cõposita naturalia quæ ortui & interitui sunt obnoxia, conficiuntur. De elementis verò duas potissimùm quaestiones tractat, vnam de natura atque substantia elementorum, quibus inquam partibus consent, ac similiter de ipsorum numero. Altera verò quaestio est de mutua elementorum transmutatione, vt ea cognita quo pacto ex eorù mixture oriuntur composita corpora, patere possit. Nemo verò mirari debet si Arist. de elementis hoc lib. agat, de quibus lib. 3. de celo copiose disputauit: nam longè diuersa ratione vtròque accipit corporum primordia, atque elementa: siquidem lib. 3. illa tractat, qua ratione partes sunt vniuersatis rerum, at in præsentia, vt generari & corrumpi possunt & substernuntur, veluti materia, rebus omnibus generabilibus & corruptibilibus.

Argumentum cap. i.

Hoc autem cap. primum omnium Arist. connectit hunc librum cum superiore, nequid

contra sententiam Auerrois, Argumenta Primum

Soluitur

Secundum

motus

Soluitur.

Tertium

Soluitur.

Occurrunt obiectiõnes

quid ab eodem temere factum quispiā putare possit. Deinde ipsorum elementorum, quorum naturam, numerum, ortum & cæteras transmutationes persequitur initia seu principia inquirat. De qua re antiquorum sententias numerat, exploditque, & propriam constituit.

Cap. I.

Mistio igitur, & tactus, facere itē & pati quo modo ijs adsūt, quæ per naturam mutātur. exposuimus. Ad hæc ortus & interitus simplex quo modo & quam ob cām fiat, & cui⁹ sit, quid præterea sit alterabile, & discrimina singulorum explicauimus. Reliquū est, vt de vocatis corporum elementis disputemus.



Transitiōe igitur initio huius lib. vritur, qua breuiter complectitur omnia quæ superiore lib. tractata sūt: tamen non eodem ordine eadem ipsa recenset, quo prius illa explanauit. Neque enim vt idem est autor lib. 3. Ret. ad theodectem, epilogo complectendæ res sunt, ordine eodem seruato quo singulæ explicatæ sunt. Cum ergo hætenus disputatū sit, inquit, generaliter, atque vniuersè de permissiōe, de mutuo corporum contactu, de agendo atque patiēdo. Præterea de ortu rerū simplicium, atque interitu: dictumque sit cuius rei sit generatio, & quæ de causa fiat. Rursum dixerimus, quæ sit ea mutatio quæ contingat secundum qualitatem, & generatio vocatur, & quid sit id quod dicitur alterari, & quo pacto ab ortu, alteratio differat, reliquum est, vt de vocatis corporum elementis disputemus: de ijs vero has tractare debet Arist. quæstiones, quomodo vicissim oriantur atque occidant, præterea qua ratione admittant omnes illas species transmutationis quas diximus.

Meminerimus tamen quod Arist. vbi

Ari. Ignē, de igne, aere, aqua, & terra differit, non simpliciter hæc ipsa elementa appellat, sed corporum elementa, quod facit in præsentia. ratio est quia non simpliciter omnia sunt

principia, sed solum corporū. ab eis enim omnis rei corporatura ortum habet: & quidem cum illa prima elemēta non sint, sunt enim eorum alia elementa: materia videlicet atque forma, non audeat ipse illa appellare corporum elementa, sed, ait, vocari ab alijs corporum elementa: sic enim obseruatum est a me perpetuè apud Aristot. quo loco de his quatuor peruulgatis corporibus differit: nam cum elementum teste Arist. lib. 5. de prima philosophia, illud sit ex quo primò res fit, nomen elemēti simpliciter atque omnino solum debet materiæ primæ accommodari, vt perspicuum esse possit lib. 1. de phys. auscult.

Cunctis enim substantijs natura constitutis neque ortus, neque interitus absque corporibus sensibilib⁹ constat.

Rationē reddit cur de elementis corporū disputare in primis debeat. Ea est, quæ si horum naturam ignoremus, aut non omnino, aut non rectè fiet, vt naturæ corporū sensibilem, & compositorum agnoscam⁹, quam obrem si ortum atque interitum rerum peruestigare volumus, debemus principia inquirere eorum corporum quæ sensibilia sunt, & elementa vocantur: obseruandum hoc loco est, quod Aristot. non inquit, omnes substantias naturales seu naturales cōfici debere his quatuor sensibilibus corporibus. Nam corpora cælestia naturalia corpora sunt cap. 1. lib. 1. de celo, at non efficiuntur ex quatuor elementis: ratio est, quia licet naturalia sint ea corpora, non sunt generabilia & corruptibilia: quæ vero generari & corrumpi possunt necessario his sensibilibus corporibus effici debent: inquirenda igitur sunt a nobis initio principia eorum corporum quæ elementa appellantur. Nam cum hæc sensu percipi possint, & generabilia corruptibiliaque sint, principia habere debent, quibus efficiantur.

Sed horum subiectam materiam alij vnam esse aiunt, vt qui aerem aut ignem, aut quidpiam horum medium, quod sit corpus, & separabile, materiam esse statuūt. Alij vero plu

res

Epilogo
Ratio.

Quæstiones
expli-
candæ.

Cur in pri-
mis debeat
disputare
de corporū
elementis.

Nō oēs na-
turales sub-
stantiæ cō-
stant his
quatuor
principijs.

COMMENTARIUS.

ros qui partim ignem & terram materiam esse aiunt. Partim his aerem tertium adijciunt, sunt & qui aquam opponant quartam, ut Empedocles. quibus concernedis discernendisq; aut alterandis ortum & interitum rebus aiunt accidere.

Refert sententias veterum philosophorum re principis elementorum.

Incipit referre Arist. veterum opiniones de principijs elementorum, quas plurimis alijs locis, omnibus inquam quibus principia rerum inquirat, numerat: & sunt illa a me explicatae saepius maxime vero commentarijs in lib. 1. de phys. causul. & com. in caput secundum libri superioris. ergo inter antiquos fuerunt nonnulli, qui omnium corporum vnum tantum principium fecerunt. Nempe vnam materiam: alij dixerunt plura esse principia. qui vnum principium concesserunt diuersi quidem sunt: atque id vnum principium, diuersum esse existimauerunt. Diogenes enim dixit aerem esse principium rerum omnium: Heraclitus, ignem. Anaximander vero medium quoddam aere crassius, igne densius: ex quo confici aiebat caetera etiam elementa. Hoc corpus esse credebat: & ab alijs separabile: hoc est quod per se posset subsistere sine adminiculo, aut ope alterius: qui plura possuerunt, discrepant etiam inter se. Nam Parmenides duo facit principia, ignem videlicet atque terram. Alij ignem, terram, & aquam. Empedocles, quatuor vulgata corpora: quorum congregatione atque disgregatione & alteratione res cunctas aiebat oriri atque occidere.

Illud autem pro confesso maneat, prima quoque recte principia & elementa vocari, ex quibus concretione & discretione, aut alia vicissitudine variatis ortus & interitus existat. At qui praeter ea, quae commemorauimus vnam materiam faciunt eaque corpoream & separabilem, ij tota errant via. Hoc enim corpus cum sit sensibile nequit esse absque contrarietate. Cum sit necesse hoc infinitum quod quidam principium esse aiunt, leue sit, aut graue, frigidum vel calidum.

Vbi sententias varias recensuit, pergit eas confutare. Id vero, ut efficiat accipit consensum omnium qui mente valet, ea quae prima sunt, & ex quibus caetera generantur atque intereunt, siue id fiat congregatione & disgregatione: siue quacumque alia mutatione principia, vel elementa nominari debere. Hoc iacto fundamento primum omnium Anaximandi sententiam explodit: nullo enim modo fieri potest inquit Arist. Vt sit corpus aliquod sensibile. quod non habeat in se qualitatem aliquam cui contrarium inest, at vero Anaximander corpus illud infinitum quod omnium rerum materiam facit nulla qualitate infectum esse inquit. nam neque graue, neque leue: neque calidum, neque frigidum, esse ait. Caeteras vero sententias quas numerauit non confutat hoc loco, quoniam sunt illae locis, a me citatis, superius confutatae, atque explosae: orationem tamen conuertit ad Platonis sententiam, de principio rerum omnium ab eodem explicata in dialogo qui Timaeus inscribitur. hoc facit cum inquit,

Confutat numeratas sent.

Nam quod in Timaeo scriptum est, id quidem definiti nihil habet. Neque enim explicatur vtrum illud cuncti excipium (ut ita loquar) separatum sit ab elementis. Atque ille nullo utitur. praefatus ut aurum operibus aureis, sic vocatis elementis subiectum esse. Quod sane perperam, adhuc quidem modum traditur. Nam quae alterantur ea de his ex quibus facta sunt. dici possunt, quae oriuntur, & intercidunt non possunt. At aurum singula longe verisimile nuncupari ait. Caeterum et si elementa solida sunt, resolutionem tamen usque ad plana facit. cum fieri tamen nequeat, ut materia prima sit ipsa plana.

Ait Plato in Timaeo esse quandam materiam, aut principium rerum omnium. quoniam in se omnia contineat: reprehendit tamen Arist. Platonem. Primum quia haec ipsa sententia tam obscura est, ut non satis ex ea constare possit, vtrum hoc ipsum receptaculum

Plato reprehenditur

culum diuersum sit ab elementis, an nō: sed potius sit vnam ex his. Secundo Plato increpandus est, inquit Arist. quia cum dixisset materiam elementorum esse vnum quoddam subiectum, vt aurum, omnium aureorum operum: ea ipsa materia nonquā vultur ad efficiendum rerum ortum. Tertio increpatur, quia licet eadem ipsa materia videretur ad efficiendum rerum ortum inepte facit inquiens res cunctas habere nomē ab ea ipsa materia, ex qua generantur. Ratio est quia licet hoc verum sit in alteratione: nam solum ea quę alterantur non amittunt nomen suum: in ortu quidem, atque interitu non potest accidere vt res sumant nomen ab his ex quibus generantur. Etenim si homo doctus fiat ex contrario, nempe ex indocto, nomen idē peractā alteratione conseruat. At verō si homo corrumpatur, materia eiusdem nōn amplius homo dicitur. Quemadmodum ante quam generetur non appellabatur homo: at Plato a materia nomen sumendum esse inquit, atque id auri exemplo comprobare nititur. quia latius esse putat, res cunctas nomen habere a materia, quę perpetua est, quam a forma quę sepe numero variatur. sed istā sententiam comment. in lib. 2. de phys. auscul. expendimus, confutauimusque iuxta Arist. opinionem. quarto & postremo Plato peccat quod cū oporteat principia, aut elementa solida esse vel corpora, ille existimat omnia corpora resolui in superficies, quę diuidi non possint: atque ex eisdem etiam generari: fieri autem non potest, quod lib. 1. monstratū est, vt superficies sit prima corporum materia.

Nos vero ita sentimus, esse quandam sensibilem corporum materiam. Sed hanc nec secerni posse, & semper esse cum oppositione, ex qua fiunt vocata elementa. De quibus rebus etsi alio in loco exactius est a nobis disputatum, tamen quoniam ad hunc modum prima corpora ex materia fiunt, de iisdem nobis est etiam nunc differendum. Statuentibus principium, ac primum esse materiam inseparabilem illam quidem, sed oppositis tamen subie-

ctam. Neque enim calidum frigidum, nec rursus hoc illi materia est. Sed subiectum vtrique. ita primo corpus facultate sensibile principium est. Secundo contrarietates. Verbi causa, frigiditas & caliditas. Tertio ignis simul, & aqua, ceteraque id genus. Hęc enim vicissim alterum in alterum transeunt. Nō vt Empedocles & alij tradunt. Tūc enim nulla esset alteratio. At oppositiones altera in alteram non mutantur. Nihilominus tamen vt corporis qualia & quot sunt principia differendum est. Alij enim his positus vtuntur, cur tales & tot sint causas reticentes.

Explosis aliorum sententijs propriam statuit Arist. ea est, materiam quandam in esse omnibus corporibus quę sensu percipi possunt, hęc tamen nunquam existit per se: & habet semper adiunctum aliquod ex contrarijs. Ex hac verō materia quę per se est informis, efficiuntur quatuor corporum elementa. sed de hac materia plura dicere necessarium non est hoc loco quoniā de ea copiose & luculenter disputatum est lib. 1. de phys. auscul. illud tamen vnum dicendum esse censet, atque explicandum: quę nam ea sint contraria, atque etiā quot numero, quę coniuncta materię primę, quatuor efficiunt vocata elementa corporum. Primum tamen dicendum nobis est, inquit quę sint ea quę possunt recte vocari principia. Primum itaque principium est materia illa de qua diximus, quę per se nō potest esse separata, hoc est existere per se nō potest: & est subiecta contrarijs omnibus: constat enim contraria, sibi mutuo subijci non posse: neque enim calidum frigidum subiicitur: neque mutata ratione. Sed materia illa subiectum est contrariorum. itaque materia quę potestate est corpus sensibile, est primum subiectum omnium corporū quę generantur & corrumpuntur. ipsa verō contraria quę contrarietates appellantur ab Arist. sunt secundum principium. Tertium vero principium, est ipsum corpus simplex, ignis, aer, aqua, terr. obseruandum

Propria de hac questione. Arist. sent.

Primum omnium principium.

1. principium
3. principium

COMMENTARIUS.

Quo pa-
& duo po-
stiora ori-
cipia dicā-
tur.

Am tamen est duo ista posteriora non sim-
piter esse principia: quia prima nō sunt:
relata vero ad ipsa corpora composita, re-
cē principia vocantur. quæ principia seu
elementa generantur, & coriūpūntur con-
trā quā putauit Empedocles, qui eadem in-
transmutabilia esse existimare. cuius senten-
tia si vera esset non solum ortus, atque in-
teritus adirentur, sed etiam alteratio,
nam contraria ipsa per se non commutan-
tur, ita vt alterum, suscipiat alterum, sed
corpora illa quæ in se habent contraria su-
scipiunt omne genus transmutationis. Sta-
tū admonet de qua re sit proximo cap. a-
gendū: cum inquit, nihilominus tñ. &c.
cum enim dictum sit rerum principia esse
contraria: atque hæc ipsa non transmuta-
ri inuicem, necesse est, vt explicemus quot,
& quæ sint hæc ipsa contraria, quæ ele-
mentorum principia facimus. rationem il-
lam reddit Arist. quia tametsi plerique phi-
losophorum non ignorent principia ele-
mentorum esse contraria: neque declarant.
quam ob rem oporteat horum corporum
principia contraria esse, neque inuestigant
numerum eorum contrariorum quæ pri-
ma sunt.

Argumentum cap. 2.

Ixit Arist. cap. superiore
principia corporum com-
positorum esse triplicia:
est enim primum, materia
prima. Deinde contrarie-
tas. Postremo elementa,
in quibus huiusmodi qualitates existunt.
Primo cap. explicuit materiam elementorum,
atque etiam omnium corporū mixto-
rum. Nunc inquirat qualitates, quibus ele-
menta constare, atque inter se distingui vi-
dentur. Non quod id genus qualitates ve-
ræ atque legitimæ formæ sint ipsorum ele-
mentorum, sed quoniā nos eisdem utimur
pro veris formis, quia proprijs atque legi-
timis destituimur.

Cap. 2.

Ergo quoniam sensibilis, hoc est
tractabilis corporis principia inue-

stigamus estq; tractabile, cuius sen-
sus tactus est, satis intelligitur nō ab
omnibus contrarietatibus corporis
species & principia fieri, sed ab ijs
dumtaxat, quæ pertinent ad tactū.
Differunt enim non modo per con-
trarietatem, sed etiā per tractabile
contrarietatem. Neque enim albe-
do & nigredo, nec dulcedo & ama-
ritudo, nec vlla denique alia sensi-
bilium contrarietatum, elemētum
facit.



Mrem istam commodius,
atq; aptius explanare possi-
mus, est enim Arist. sentē-
tia his verbis plus iusto
impedita: meminimus,
ab eodem toto hoc cap.

Obscurus
hoc locus
philoso-
phus
asseritio A
ristide co
structione
elemento-
rum.

hanc solum statui assertionem: cuius etiam
fidem facit. elementa constituuntur, & di-
stinguntur inter se per qualitates, non qua-
cumque sed tangibiles: atque has non om-
nes, sed actiuas & passiuas. sunt autem il-
la. Quatuor dūtaxat: calor frigus, humor,
siccitas. quā ob rem elementa constituun-
tur, distingunturque quatuor istis prin-
cipibus qualitatibus, calore, frigore, humo-
re, & siccitate. Sed quoniam huius assertio-
nis plura sunt mēbra, singula suis locis pro-
bat Arist. hoc capite: sic vt diligēs lector ni-
hi postit desiderare quod ad hanc assertio-
nem explicandam pertineat. Prima pars sic i.
persuadetur, corpora sensibilia constituun-
tur & distinguntur similiter per sensibi-
les qualitates. Talia verō sunt elemēta cor-
porum, ergo illa per qualitates sensibiles
constituuntur & distinguntur inter se. Ra-
ciotinacio legitima est. Minor propositio
experimento constat: & probata est ab Ari-
superiore proximo cap. cum diceret, solū
corpora sensibilia genera: atque corrup-
pi, vt elementa. Prior etiā propositio ob-
scura nō est. Nam sensibiles qualitates cor-
poribus inditæ in causa sunt cur ipsa cor-
pora sentiri possint. Sensibilis autem cor-
poris, inquit Arist. se principia inuestigare.
Quamquam autem elementa per quali-
tates sensibiles, id est, quæ sensibus percipiū-
tur, constituuntur, & differant, non consti-
tuuntur per qualitates cuiusuis sensus, sed
sensus

asseritio
ais pas s.
syllogis-
mus.

Corpus
Sensibile
z. Pars.

Inductio.

Ratio.

Qualitates
sensus
tactus
omnium
primæ.

sensus tactus: quas tangibiles qualitates appellat. Quoniam ipsa elementa non modo sensibilia corpora sunt. sed tractabilia. tractabile vero corpus illud est quod manibus vel quibusvis alijs membris tangi potest, & cōtractari. corporis vero sensibilis sensu tactus, necesse est contrarietates, quæ principia sunt, & qualitates per quas efficitur, esse tangibiles. eandem quoque sententiam inductione probat, quoniam nulla alia qualitas elementum facit præter tangibilem. Nemo enim vnquam dixit candore, aut nigrore quæ sunt qualitates sensus videndi. neq; amaritudine, aut dulcedine, quæ sunt qualitates sensus gustandi. Neque præterea vlla alia cōtrarietate, quæ alio sensu percipiatur, quam sensu tactus, elementa confici posse, aut distingui inter se. Tertio probatur eadem sententia hoc modo, prima corpora si qualitatibus cōstituantur, & differant, debent confici primis qualitatibus, sed qualitates tangibiles sunt primæ qualitates, ergo per eas sunt constituenda prima corpora. At elementa prima corpora sunt, & per qualitates constituuntur sensibiles, cum sint corpora sensibilia: ergo per qualitates tangibiles. Hæc ratiocinatio duplici constat syllogismo. Posterioris membra omnia perspicua sunt, & monstrata superiori. Prioris syllogismi prior propositio probatur: quoniam si verum est corpora sensibilia cōstitui, atque distingui sensibilibus qualitatibus nõ dubium est quin prima corpora sensibilia per primas qualitates sensibiles efficiantur. Alias enim si qualitates primæ non essent, cum sit ipsum corpus primum antequam ad illud accederent qualitates, constitutum iam atque effectum esset. Et qualitatibus sensibilibus minime efficierentur, atque cōstituerent. Quod autem qualitates sensus tactus omnium sunt primæ, probat Arist. eo argumento quod sensus tactus quo percipiuntur huiusmodi tangibiles qualitates primus sit omnium sensuum, sensibile vero & sensus simul sunt natura, quoniam sunt relata: sensus enim ad sensibile dicitur. Et sensibile ad sensum. Verum quod sensus tactus antecedit cæteros sensus Arist. demonstrat ex definitione prioris, quam tradidit ad calcem categoriarum. Et enim prius est quod potest coherere sine posteriori, & sine quo alio coherere minime possunt. Huiusmodi est sensus tactus. nam is potest esse in animali sine quopiam sen-

suum cæterorum: nam Zoophita, quæbudeus plantanimalia vocat, quæ mediam quandam sortiantur naturam inter plantas, & animalia sensu tactus dicitur prædita sunt. Quæ verò vllum habent sensuum reliquorum, prædita sunt etiam necessario sensu tangendi: quoniam animal sensu tactus primus est animal. Est enim tactus fundamentum sensuum cæterorum. Quemadmodum loquitur sermone Aristot. docet lib. 3. de anima quare elementa quæ sunt prima corpora sensibilia & tangibilia existunt, proculdubio efficiuntur tangibilibus qualitatibus quæ sunt primæ qualitates sensibiles.

Nam & si visus prior est tactu, ac proinde subiectum quoque prius existit, non tamen est corporis tractabilis, qua est tractabile, sed aliaratione, licet fortasse natura prius sit.

Obiectionem diluit his verbis Aristot. posset enim aliquis dicere qualitates sensus videndi priores esse qualitatibus tangibilibus: & ob eam rem prima corpora, id est, elementa, non debere confici, atque distingui qualitatibus sensus tactus, sed sensus videndi, quod autem qualitates, seu obiecta sensus videndi sint priora qualitatibus sensus tangendi. Ita probatur, perinde afficiuntur inter se sensuum obiecta, atque ipsi sensus. quoniam, vt dixi, obiecta sensuum simul sunt cum ipsis sensibus. at sensus videndi est prior quam sensus tangendi: cum sit præstantior, atque melior lib. 1. de prima philosophia, & lib. de sensu & sensibili, ergo est obiectum est priusquam obiectum tactus. Vnde fiet vt elementa constituantur qualitatibus visibilibus, non tangibilibus. Respondet Arist: sensum videndi priorem esse sensu tactus natura, hoc est dignitate, atque præstantia: non tamen generatione. Si quidem prius in homine generatur sensus tactus, quam vllus alius. Elementa vero quia sunt principia corporum, nõ dignitate, sed generatione, cum ex eisdem cætera omnia corpora quæ generari & corrumpi possunt, conficiantur, debent constitui per qualitates eius sensus qui est generatione primus, quales sunt qualitates tangibiles. accedit ad hoc quod ipsa elementa tangibilia sunt.

Quare

Diluit
obiectionem
Aristot.

Quare tangibilibus qualitatibus constare, atque effici necesse est.

Obiectio altera.

Sed est obiectio lux & lumen sunt qualitates sensus videndi: calor & frigus sunt obiecta sensus tactus, atqui lux & lumen generatione antecedunt calorem & frigus, quando quidem sunt causa caloris, cum presentia sunt: frigoris, cum absunt: ut alibi dictum a nobis est. Ergo falsum est posteriora esse generatione qualitates sensus visus, quam quae pertinent ad sensum tactus: dicendum est quod Aristot. in presentia non comparat inter se qualitates omnium corporum, sed illas tantum quae ad corpora generabilia & corruptibilia pertinent. atqui in his verum est quod diximas: priores esse qualitates sensus tactus: quam quae ad visum spectant. ceterum lumen cum putatur prius esse calore, & causa eius est, caelestis est qualitas, non autem corporis ortu & interitui subiecti.

Solutio.

§ obiectio

Tertia obiectio, pugnat secum Aristot. cum ait, ipsa elementa neque candida esse: neque nigra. Siquidem lib. de coloribus ignem album facit: & ceteris similiter elementis suum tribuit colorem. Dicendum est minime secum pugnare Aristot. nam in presentia de elementis agit puris. At his nullus sane color inesse potest. lib. vero de coloribus impura & permixta alijs accipit elementa. in quibus nigrum esse non debet, si color aliquis addit.

§ soluitur.

Quaestio.

Vtrum verum sit quod Aristot. inquit presenti loco, sensum videndi esse priorem dignitate, id est meliorem & praestantiorum ceteris sensibus.



Haec quaestio maxime videtur pertinere ad lib. secundum de anima quo loco de sensuum structura, & fabrica, de dignitate atque praestantia etiam eorum de Aristot. differit. Sed quoniam praesenti loco illo nomine dubitationem soluit quod sensus videndi sit melior. atque praestantior quam sensus tactus, imo vero quam reliqui omnes sensus, visum est nobis hanc ipsam

quaestionem quam paucissimis possumus, tractare: ut constituamus verum esse quod Aristot. scribit. Primum autem videtur quod sensus videndi non sit melior sensu tactus, hac ratione, is sensus praestantior esse videtur qui est animali maxime necessarius, huiusmodi est sensus tangendi, etenim sine sensu visus potest animal vitam agere. exemplo talpae constat, quae natura sua capta est oculis. sed sine sensu tangendi constare non potest animal, ut lib. 3. de anima Aristot. demonstrat. & inductione constat: atque etiam ea ratione quia est fundamentum sensuum reliquorum. animal enim sensu primum est animal. Ergo sensus tactus est praestantior quam sensus visus.

Sensus videndi non videtur praestantior tactu 1. ratio

Secunda ratio. Is sensus praestantior est qui est certior, huiusmodi est sensus tactus: nam saepe numero visus fallitur: atque illum tactus corrigit. Praesertim cum alstra considerat: aut virgam quae parte aliqua obruta est a quis: ergo tactus est praestantior atque melior.

2.

Tertia ratio. Is sensus est melior qui est causa naturae praestantioris (ut apparet) huiusmodi est sensus tactus. Nam ex tactu agnoscimus quae quisque mente atque iudicio sit praedictus. Bonitas enim tactus arguit praestantiam intellectus 2 lib. de anima cap. de tactu.

3.

Quarta ratio. Is sensus est praestantior qui plures agnoscit, atque deprehendit contrarietates. Talis est sensus tactus: percipit enim septem contrarietates, quas Aristot. praesenti cap. numerat: visus vero album tantum & nigrum, & medios colores.

4.

Postremo, etiam si visus praestantior esset tactu, deterior est auditu. Siquidem per hunc sensum disciplinas comparamus quarum scientia hominum propria est.

5.

His tamen non obstantibus statuo assertionem, ea est, verum est quod Aristot. inquit hoc loco praestantior esse sensum videndi sensu tactus. Sed dicit aliquis, si verum id est cur Aristot. non simpliciter inquit, sensum visus priorem esse natura sensu tactus? Id est meliorem: sed ait, licet fortasse naturae prius sit. Dicendum est, eam rationem loquendi ad modestiam philosophicam pertinere: quod est a me observatum alibi. Praeterea etiam quia hic locus aptus non erat ad quaestionem definiendam, adiecit philosophus, fortasse, quasi dicat, suo loco & tempore constabit. Sed quibus ex locis deprehendenda

Assertio: Praestantior est sensus videndi sensu tactus.

Obiectio soluitur.

Quibus iudicij con-
stet visum
esse omnium
sensuum præ-
stantissimum.

hendi possit quod visus antecedit digni-
tate reliquos sensus tribus maximè. Pri-
mū quidē, quia sensus vidēdi est spirita-
lior quam cæteri sensus. Percipit enim ob-
iecta longissimè posita: cum cæteri sen-
sus, præsertim tactus proximè illa habe-
re debeat, & tangere. Species enim simu-
lachraque rerum visibilium, spiritalia sunt.
Cuius rei argumentum est, quod subi-
to efficiatur hic sensus, neq; tempore op-
us habeat. Secundo constat, quia plu-
rima percipit sensus videndi. Nam om-
nia quæ sunt etiam in cælo (vt astra,
sive generabilia sint, siue generari nõ pos-
sunt apprehendimus sensu videndi. Tertio
quia hunc sensum homines maximè appe-
timus, & voluptates ex eodem plures præ-
stantioresque sentimus.

Soluuntur
rationes in
contrariū.

Rationes vero quas in contrariam
partem adduximus nõ difficile soluunt.
Primū negamus res aliquas esse præstan-
tiores alijs, quod sint magis necessaria.
Nam prima sunt maximè necessaria cum
sine illis posteriora constare non possint,
optima tamen non sunt: sed deteriora.
Quoniam vt Aristot. in problem. In-
quit, natura omnia facit praua: poste-
riora vero præstantiora sunt. Quia sunt
veluti finis. In quo inest bonum. Prio-
ra sunt instar mediorem. Secunda ratio
soluitur eo nomine, quod sensus visus
nisi sit impedimentum, nunquam deci-
pitur, cum autem corrigitur a tactu ad
sunt impedimenta, per se verò tam cer-
tus est quam cæteri sensus, maximè cir-
ca suum propriumque obiectum: cu-
iusmodi est color, aut lux, in quibus di-
iudicandis errat nõquam, aut labitur sen-
sus visus.

Prima non
oportet ef-
se præstan-
tissima.

Tertia vero ratio nihil efficit sanè:
quia vnus sensus non est melior alte-
ro quod agnoscat plures rerum differen-
tias, sed ob eam causam quod ostendat
plures rerum differentias: atqui vt osten-
dimus, nullus sensus est, qui plures dif-
ferentias rerum monstret quam visus:
cum omnia cadant in eum sensum. quar-
ta etiam ratio efficax non est, quia sen-
sus tactus non est causa præstantioris
mentis, atque ingenij, sed argumen-
tum dumtaxat, atque iudicium. Nam

temperamentum quatuor qualitatū cau-
sa huius rei est: quod maximè viget in
sensu tangendi. Postrema ratio soluitur,
si concedamus eum sensum esse præ-
stantiorem, qui ad disciplinarum cogni-
tionem comparandam pertinet: quo no-
mine laudari possunt sensus videndi
& audiendi, quos disciplinæ sensus facit
Aristot. lib. 1. de prima philosophia. &
lib. de sensu & sensibili. & lib. 2. de ani-
ma: verum cum in disciplinis duo repe-
riamus, inuentionem earundem & con-
seruationem: & præstantius sit atque me-
lius inuenire artes, & disciplinas, quam
illas conseruare, vt ad calcem elencho-
rum, & lib. I. ethicorum ad nicomachum
Aristot. docet, is sensus erit præstantior
qui conducit ad artium inuentionem,
quam is quo conseruantur. At sensus vi-
dendi ad inuentionem pertinet, audien-
di vero sensus ad eas seruandas. Quare
melior, atque præstantior est sensus vi-
sus, quam sensus auditus.

Vnus visus
& auditus,
ad discipli-
nas.

Sed primum quæ sint ipsorum
tractabilium prima discrimina,
& oppositiones, disputare conue-
nit. Contrarietates igitur, quæ ad
tactum pertinent, hæ sunt: calidū
& frigidum, siccum & humidum
grauè & leuè, durum & molle, vi-
scosum & friabile asperum & le-
ne, crassum & subtile. quanquam
horum grauè & leuè non sunt ne-
que effectiua, neque passiuæ. quippe
quæ non idcirco dicuntur, quod
vel quidquam aliud efficiant, vel
ab alio patientur. At elementa
effectiua inter se & vicissim pas-
siua sint oportet, vt pote quæ in-
ter se miscentur & commutantur.
Calidum vero & frigidum, sic-
cum & humidum ita dicuntur, al-
tera quoniam vt efficiant, altera
quoniam, vt patientur apta sunt.
Est enim calidum, quod cognata
concernit. Nam secretio, quæ igni
tribui

COMMENTARIUS.

tribuitur, concretio est eorum, quæ eiusdem generis sunt. accidit enim aliena se iungere frigidum, quod similiter cogit concretumque tum cognata, tum etiam quæ genere discrepant. Humidum quod facile quidem, sed non proprio termino definitur. siccum, quod egre alioquin terminabile, finibus propriis terminatur. Subtile crassum, viscosum & friabile, durum, & molle & cætera discrimina ab his proficiscuntur. Nam quod replere aptum est ad humidum refertur, quia nec terminatur & terminari facile potest, sequiturque quocumque duxerit id, a quo tangitur. Porro subtile replere aptum est, ob partium tenuitatem. quæ tenuitas, quia totum tangit totum ad replendum est idonea. Cum igitur subtile maxime tale sit, dubitari non potest, quin subtile ad humidum referatur, crassum ad siccum, rursusque viscosum ad humidum. Est enim viscosum humidum a liqua re affectum, ut oleum. Tum friabile ad siccum. Friabile namque prorsus siccum est, adeo ut humore destituente concreuerit. Molle item ad humidum, durum ad siccum. Nam molle est quod cedit in se, nec, ut humidum, transponitur. Ita non humidum molle est, sed molle ad humidum refertur, ut durum ad siccum. Est enim durum quod concretum porro siccum est. Dicitur autem multifariam tum siccum, tum etiam humidum. Nam sicco non humidum tantum, sed madidum etiam opponitur. Rur-

sus humido tum siccum, tum concretum opposita sunt. Sed hæc omnia ad humidum & siccum prima nuncupata referuntur, quia siccum opponitur madido. Est autem madidum, quod in summo alienam habet humiditatem, humectum, quod penitus & in profundo. siccum vero, quod hac humiditate vacat. ut nullum dubium relinquatur, madidum ad humidum, siccum obiectum madido, ad primum siccum esse referenda. Rursus humidum & concretum eodem modo. Nam humidum est, quod propriam humiditatem habet in profundo, concretum, quod tali humiditate caret, quare illud ad humidum, hoc ad siccum referri conuenit. ut dubium non sit cæteras, omnes differentias ad quatuor primas esse redigendas, has non item in pauciores. Neque enim calidum hoc est, quod aut humidum, aut siccum. Nec humidum hoc, quod vel calidum vel frigidum. Nec frigidum & siccum, alterum alteri inter ipsa aut calido humido ue subijciuntur. Ita necessarium est, has differentias esse quatuor.

Monstratum est hæcenus elementa constituenda esse ac distinguenda per sensibiles qualitates. Non quascumque tamen, sed tangibiles: sed quoniam discrimina quædam existunt ipsarum qualitatum tangibilium, aliæ enim vim habent agendi atque patiendi, aliæ minime, docet quales nam oporteat esse huiusmodi contrarietates qualitatum tangibilium, quibus elementa efficiuntur. Oportet enim quemadmodum diximus initio huius cap. constitui efficique elementa

Qualita-
tum tangi-
bilium ge-
nera di-
uersa.

menta per qualitates tangibiles quæ habent vim agendi & patiendi. Ratio est quoniam ipsa elementa natura sua agunt & patiuntur: sed cum huiusmodi actiua & passiva qualitates tangibiles duplices sint, aliæ enim sunt primæ, ad quas cæteræ referuntur, aliæ non primæ, elementa per contrarietates qualitatuum tangibilium quæ vim habent agendi & patiendi, & primæ sunt, constitui debent.

Elementa Sunt autem hæ contrarietates calidum, frigidum, humidum, siccum. itaque his duabus contrarietatibus efficiuntur, atque differunt elementa. Verum ut Aristot. accipiat has contrarietates qualitatuum quæ vim habent agendi, & patiendi: atque illas primas esse doceat, numerat omnes contrarietates quæ pertinent ad sensum tactus. Sunt illæ septem, atque hæ, calidum, frigidum, humidum, siccum, graue, leue, durum, mole, lentum, nigrum, asperum, leue, crassum tenue.

Septem contrarietates qualitatuum tangibilium. Verum quinque posteriores ad duas primas reducuntur: & vim agendi atque patiendi non habent, ut dicemus inferius. Relinquitur ergo, quemadmodum dicebamus, quatuor esse contraria. Quæ duas contrarietates efficiunt. Calidum inquam & frigidum. Humidum & siccum, ex quibus elementa corporum generantur. Quia prima sunt, & vim habent agendi, atque patiendi. Nam cum elementa inuicem agant atque patiantur: & mutuo transmutentur, necesse est illis principijs consistant quibus facultas insit agendi & patiendi. Quod autem ea vi & facultate præditæ sint hæ qualitates probat Aristot. duæ siquidem earum, calor & frigus actiua sunt, duæ vero aliæ humor & siccitas passiuæ. Hoc demonstrat Aristot. eodem argumento quo vsus est lib. 4. meteorologicorum cap. 1. ad eandem rem probandam. Quod argumentum a definitione sumitur earundem qualitatuum. Nam calor est qui congregat etherogenea: ignis enim ea quæ sui generis sunt congregat, quæ vero aliena. & diuersa sunt a suo genere disgregat, remouetque a se. Hoc constat in metallorum liquefactione. igne siquidem eiusdem generis metalla in vnum coeunt: quæ verò sunt diuersa sepa-

rantur inuicem. Non tamen per se, sed ex accidenti, ut Aristot. significat, cum ait, accidit enim aliena sciungere, cum inquam propria congregat, & coniungit: frigus vero congregat tam ea quæ sunt eisdem generis, quam quæ sunt genere diuersa. Exemplo res constat in aqua congelata: simul enim cum aqua coeunt terra, lapides, paleæ, atque alia id genus. Quare calor & frigus vim habent agendi: quoniam coniungere & disiungere, quæ eidem tribuuntur, proculdubio actionum quarundam nomina sunt. Quod autem humidum atque siccum vim habeat patiendi, consistare similiter possit ex vtriusque finitione. Nam humidum est quod natura sua facile potest alieno termino finiri. Difficile vero proprio. Huiusmodi est aqua, & aer: quæ fines suscipiunt iuxta naturam rei qua concluduntur: siccum vero est illud quod facile proprio termino finitur, alieno. difficile: ut terra, lapidis, & cætera similia, quæ habent semper suos terminos certos, ac definitos: facile vero aut difficile terminari proculdubio nomina sunt passionum quarundam: quare frigus & calor actiua qualitates merito vocatæ sunt. Humor & siccitas passiuæ. Cæteræ verò contrarietates differentia ad istas duas contrarietates referuntur. Nam tenue quod subtile alio nomine dicitur, ad humidum refertur, crassum ad siccum. Nam quod tenue est facile replere potest & alienum terminum suscipere, quemadmodum quod est humidum: nam cum exiguas partes habeat facile potest ingredi. Atque ita se diffundere ut totum toti hæreat. Ergo cum eandem conditionem habeat cum humido, ad humidum pertinebit, & referetur. Et quoniam contraria contrariorum sunt consequentia, si tenue sub humido collocatur, crassum sub sicco ponetur. Nam tenue, & crassum contraria sunt, sicut etiam humidum & siccum. Deinde quod lentum est, viscosum atque tenax alijs nominibus dicitur, sub humido etiam continetur, nam lentum nihil est aliud quam humidum præditum aliqua affectione, ut oleum. lentum siquidem definitur, hu-

Frigus.

Humidum & siccum qualitates passiuæ.

Siccum.

Cæteræ eß contrarietates ad duas istas referuntur.

Tenue ad humidum. Crassum ad siccum pertinet.

Lentum.

Calor & frigus qualitates actiua.

Calor. Calor est qui congregat etherogenea: ignis enim ea quæ sui generis sunt congregat, quæ vero aliena. & diuersa sunt a suo genere disgregat, remouetque a se. Hoc constat in metallorum liquefactione. igne siquidem eiusdem generis metalla in vnum coeunt: quæ verò sunt diuersa sepa-

COMMENTARIUS.

Rigidum.

Durum.
Molle.

Humidum
& siccum
multis mo-
dis dicitur

Humidum
tribus mo-
dis dicitur.

midum quod non facile diuiditur: & a quo tangencia non facile diuelli possunt: rigidum verò seu friabile, idem enim sunt, lento contrarium, ad siccum refertur. Nam rigidum illud est quod propter humoris defectum penitus exaruit, vt sit rigidi finitio perfectè siccum. Præterea molle ad humidum reducitur. Et durum ad siccum. Nam molle est quod facile tangenti cedit: atque in seipsum locū præber. Hoc autem verum est, modo corpus simplex sit, alias. n. non erit molle, etiam si facile cedat tangenti: quod plane constat in acervo tritici. quod etiam humidū facit. Sed differunt quia molle aliqua affectione præditum est. Nam non facile transferri potest, vt humidum. Atque indeo humidum non vocatur molle, sed potius molle, humidum dicitur. Durum refertur ad siccum. Est enim durum quod concretum est, atque constrictum: quod necessario siccum esse oportet. Admonet tamen Aci. illis verbis, dicitur autem multisariam, tum siccum tum etiam humidum, &c. Quod humidum & siccum dicuntur multis modis: hoc ita probatur, si vno tantum modo dicerentur vnum dumtaxat singulis esset contrarium: siquidem tantum vnum vni opponitur: sed siccum & humido multa contraria sunt, aut opposita: ergo non dicuntur vno tantum modo. Nota est consequentia: & maior manifesta: minor probatur. Nam siccum opponitur humidum & vnum, quod alio nomine madidum vocatur. Humido vero opponitur siccum & concretum, verum hæc omnia referuntur ad humidum, & siccum: quæ a nobis paulo superius sunt definita. Sed humidum, si rem altius contemplerur tribus maxime modis dici potest: primum humidum est quod in profundo proprium continet humorem, & hoc est proprie humidum. Deinde quod habet alienum humorem & in superficie, atque id vocatur vnum. vt si quis aquam vesti superinfundat, vdam dicitur vestem reddidisse. Postremo quod totum humidum est, intus videlicet atque in cute, verum alieno humore, hoc madidum appellamus, vt lutum. cum autem siccum illud sit quod humore vacat, profecto tria hæc humidi genera, habebit opposita genera

liter atque vniuersæ. necesse tamen est vt tribus etiam modis siccum dicatur: quæ admodum humidum, nam quod in superficie humore caret, siccum dicitur & opponitur vdo, & concretum ad siccum refertur: quod in profundo proprium humorem non habet. Postremo quod nullum humorem habet. hinc perspicuum est quod dixeramus superius, cæteras omnes differentias qualitatum tangibiliū ad quatuor istas reduci, videlicet frigorem, calorem, humorem, siccitatem: vnde fit etiam vt merito hæc qualitates, principes aut primæ dicantur, nam ad illas cætera referuntur: ipsæ vero ad alias minime pertinent. Nulla enim ratione fieri potest, vt aliqua earum sub alia sit. Hoc in hunc modum monstratur. Nam si quispiam dicat humidum, aut siccum sub calido esse, cogitur necessario confiteri, quod quid humidum, vel siccum est, calidum esse: quod nullo modo fieri potest. aqua enim quæ humida est, calida non est. Terra etiam quæ sicca est, calida non est. quare sub calido non continetur humidum. aut siccum, neque etiam sub frigido: nam oporteret omne quod est humidum, aut siccum frigidum esse. Quod non sic accidit. Nam aer qui est humidus, frigidus non est. Neque ignis, qui siccus est, frigidus est. Multo minus continetur frigidum sub calido: aut humidum sub sicco: nam quæ contraria sunt fieri non potest vt se inuicem contineant. huiusmodi sunt calidum & frigidum: humidum & siccum. Quam obrem rectè dictum est a nobis initio huius cap. elementa constituenda esse per sensibiles qualitates, non quascumque, sed tangibiles, atque has non omnes, sed per has quatuor, frigus, calorem, humorem & siccitatem, quæ sunt principes qualitates: cum ad eas cætera omnes referantur, & vim habeant agendi atque patiendi: quod necessarium est ad efficiendum mutualementorum transmutationem.

Quæstio.

Vtrum quæ de his qualitatibus dixit Aristot. vera sint.

Quæstio

Cur iste
qualitates
principes
diximus.



VT sententiam Aristot. exacte explicaremus, visum est nobis questionem istam paucis tractare, vtrum ea quę de tangibilibus qualitatibus dicta sunt ab Aristot. omnino vera sint. Statuimus autem compendio hanc assertionem. Ea omnia proculdubio vera sunt. Neque vllis alijs argumentis assertio cōprobari potest, quam his quibus cū rem ipsam tractaret Arist. vsus est.

Assertio.

Impugnatura assertio

Obiectio

Solutio.

Humor, & siccitas bifariam considerantur

Verum aduersus istam sententiam sunt aliquot rationes. Primum falsum videtur esse, duas istas qualitates vim habere patiendi, non autem agendi: humorem dico, & siccitatem, ratio est quoniam illę etiam, quemadmodum calor & frigus humęstant, atque exhecant. Dicendum tamē est qđ duę istę qualitates humor & siccitas possunt considerari bifariam, aut per se, hoc est in elementis, aut immixto. Si illas consideremus in elementis simpliciter quidem vim habent agendi, aut transmūtandi rem, quod rectē probat ratio. Si vero easdem in mixto consideres, passiuę qualitates dicuntur. Quoniam ad mixtum efficiendum duę illę qualitates calor & frigus rationem formę habent. Vnde actio prodit: duę autem istę rationem materię cuius natura est formas suscipere, atque pati. Quam rem late deducit Aristot. capite primo lib. 4. Meteorologicorum, & ex fabrica rei cuiusque non difficile constare possit, quod dicimus. Possunt etiam passiuę appellari, non quod vim agendi non habeant, sed quoniam ea vis agendi in his est occultior, quā in alijs duabus.

Secundo sic argumentor, elementa potius constitui debent per grauitatem & leuitatem, quam per alias quatuor qualitates, quas diximus: ergo Aristot. sententia falsa est, de elementorum constitutione. Nota est consequentia: antec, verò probo, quoniam grauitas & leuitas primò videntur elementis conuenire. Ea enim videtur esse vera natura elementorum, vt graui. v. leuia sint. & fortasse huc spectans Aristot. cum probaret cęteras omnes contrarietates referendas esse ad contrarietates

duas caloris, & frigidoris, humoris, & siccitatis non probauit idem contingere in grauitate, & leuitate. Nullam liquidem harum qualitatum eo loco mentionem facit. Dicendum est elementa nullo modo constitui per grauitatem & leuitatem: quoniam hęc qualitates non sunt actiuę & passiuę, elementa vero habeat vim agendi & patiendi mutuo. Quare effici debent, atque constare principijs actiujs & passiujs, hoc cum admodum appertum esset breuitati studens Aristot. non demonstrauit elementa non constare grauitate & leuitate. Etenim grauitas & leuitas solum sunt momenta quędam, & velut instrumenta motus, quare non habent vim agendi. Motus enim grauium & leuium, vt a nobis monstratum est lib. 2. de phys. auscult. cap. 1. a generante fit, tanquam ab efficiendi principio. Et quamquam cōcedamus grauitate & leuitate motum effici, tanquam principijs agendi, ad huc minimè fieri posset vt illis elementa constarent: quoniam non sunt principia permūtandi rem secundum qualitatem atque substantiam, sed secundum locum. Accedit etiam ad hoc quod grauitas & leuitas non sunt primę qualitates sed secundę potius: nam ortum habent ex calore & frigore. Atqui necesse est (vt diximus) elementa quę prima corpora sunt primis qualitatibus constare, atque effici. Verum obijciat fortasse quispiam grauitatem & leuitatem priores esse cęteris qualitatibus hoc argumento, motus localis est prior motui alterationis, capit. 7. & 8. lib. 3. de phys. auscult. Ergo principia motus localis priora sunt, quam principia motus alterationis. Nota est consequentia: simul cum antecedenti. Principia verò motus secundum locum sunt grauitas & leuitas. Principia efficiendi alterationem, calor, frigus, humor, siccitas. Ergo grauitas & leuitas priores sunt alijs qualitatibus. Dicendum est, primum, in eodem elemento prius esse alterationem, quę pertinet ad elementi constitutionem, quam eius motus sit. Quam ob rem prius etiam erit qualitas quę fit alteratio, quā grauitas & leuitas. Deinde dici potest grauitatem & leuitatem principia non esse simpliciter motus secundum locum quandoquidem corpora exle

Respondetur.

Grauitatis & leuitatis munus.

Obiectio.

Solutio.

COMMENTARIUS.

Etia secundū locum mouentur, grauitatem tamen, aut leuitatem non habent. Sed sunt principia, si ita illa vocare licet) motus recti, atque in corpore, quod recto motu mouetur, nempe in elemento, alteratio prius cernitur, quam motus secundum locum: nihil igitur rationes istę colligere videtur. atque ita fit vt Aristot. sententia superiore cap. comprehensa vera atque certa sit. Postremò aliquis dubitare possit cur Ari præ-

Cur Arist. terminasset oppositionem rari & densi: variis modis respondet. Alexander ait, contineri sub graui & leui. rarum enim leue est, & densum graue: Philoponus ait referri ad tenue & crassum: quia rarum penetrat, vt tenue: verum mihi magis probatur quod D. Tho. ait, non esse hæc numerata, quoniam non sunt qualitates, sed ad aliquid vt docet Aristot. in categoria qualitatis, redeamus iam ad Aristot.

d. Thomæ sent.

Argumentum cap. 3.

Institutū Arist. præsentī cap. illud est, constituere numerū elementorū: docet autem illū esse quaternarium argumento sumpto a cōiugationibus quatuor principum qualitatum, ex quibus velut ex principijs quibusdam definitū est, elementa ipsa constare: q̄ sensibiles sint, prima præterea: & vim habeant agendi atque patiendi.

Cap. 3.

Sed quoniam elementa quatuor sunt, & ex quatuor sex omnino paria existūt, nec contraria sunt apta copulari (nihil enim calidum & idē frigidum, nec rursus siccum idemque humidum esse potest.) Haud dubie elementorum paria quatuor erunt, calidi & sicci, calidi & humidi, ac rursus frigidi & sicci, frigidi & humidi, quatuor corpora, quę simplicia esse videntur, secundum rationem secutæ, id est ignem, aerē,

aquam & terram. Ignis enim calidus est & siccus. aer calidus & humidus. quippe qui vaporī similis est. Porro aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. vt merito differentię primis corporibus distribuatur, & eorum numerus rationi consentiat.



VT numerum colligat elementorum qui ex combinatione quatuor primarū qualitatum sumi debet, accipit Aristot. quod solum sunt quatuor paria elementorum. Hoc est solum efficiuntur ex quatuor paria qualitatibus quatuor primis. Vocat autem hoc loco elementa non quidem ignem, aerem, aquam, terram, sed potius quatuor ipsas primas qualitates, calorem inquam, frigus, humorem, siccitatem, quoniam ex eisdem efficiuntur ipsa elementa corporum, tanquam ex principijs: & præterea quoniam ab hijs omnibus habent omnes secundæ qualitates. Ille autem qualitates (vt ostendimus) tantū sunt quatuor. Verum quod solum sint quatuor paria effecta ex hijs quatuor probari potest ex illo præcepto quod Porphyrius adfert initio eorum, quæ quinque vocū communia sunt. Quo loco nos canonē de hac re copiose admodum explicauimus: ergo ex quatuor elementis seu qualitibus inter se comparatis sex efficiuntur paria: caloris videlicet atque humoris, caloris & siccitatis: frigoris & humoris, frigoris & siccitatis: caloris & frigoris: humoris & siccitatis. Horum sex parium, duo, caloris inquam & frigoris. siccitatis & humoris coniugationes nullo modo constare possunt: quoniam hæc contraria sunt, at contraria simul esse non valent. Quam obrem quatuor restant paria qualitatum: quod Aristot. dixerat: hinc colligit tantum esse quatuor corporum elementa, ignem, aerem, aquam, terram. Hoc probat quoniam singula elementa constant binis qualitibus: sunt autem tantū quatuor paria qualitatum, ex quibus elementa fiūt. Ergo tantū sunt quatuor corporum elementa: discursus est legitimus: & minor manifesta, ex his quę accepit paulo superius. Aristot. maiorem

Tantū sūt quatuor paria qualitatū prima

Quare istæ qualitates elementa

Quatuor solum elementa corporum.

maiolem inductione probat: siquidē ignis calidus est, atque siccus. aer calidus, atque humidus. Aqua frigida & humida. Terra denique frigida & sicca, ita sit inquit Ari. vt primis corporibus primæ qualitates cū ratione distributæ sint. & numerus corporum rectè consentit cum numero primarum qualitatum. Probat autem Aristot. aerem esse calidum, atque humidum, quoniam vapor est similis, quem constat, calidum atque humidum esse.

Omnes enim ij etiam qui corpora simplicia elementa faciunt, alij vnum, alij duo, quidam tria esse cōmunicantur. sunt & qui quatuor. Qui ergo cum vnum tantum esse dicant, densatione præterea & rarefactione cætera generant, ijs duo principia hoc est rarum, & densum facere vsu venit. aut certe calidum & frigidum. Hæc enim artifices esse aiunt, vnum quasi materiam subiici. Qui vero statim duo faciunt, id est, ignem & terram, vt Parmenides, ij aerem & aquam, quæ media sunt, ex his aiunt temperari.

Nec aliter qui tria esse produnt. vt in partitionibus Plato. qui quod medium est, temperamentuu esse facit. Atq; hæc quidem fere sunt, quæ traduntur tum ab hijs qui duo, tum ab his qui tria elementa faciūt. Nisi quod illi medium in duo partiuntur, hi vnum tantum esse fingunt.

Quidam protin⁹ quatuor esse affirmant, vt Empedocles. qui tamen in duo cogit, cætera cuncta igni opponendo.

Inductione, atque ex numero coniugationum, quæ ex quatuor, primis qualitibus efficiuntur, Aristot. probauit esse in natura rerum tantum quatuor elementa corporum: eandem rem probat hoc loco sum pro argumento ab autoritate antiquorum. Null⁹ enim fuit inter veteres philosophos qui numerum elementorum superiore esse

quaternario numero putarit: veluti veritate ipsa atque ratione cogente. Tametsi alij vnum dixerint esse elementum. Alij duo alij tria. Fuerunt etiam qui quatuor elementa esse dixerunt: de quorum numero (vt monstratum est) Empedocles fuit. Et quamquam non omnes dixerint modo eodem, proculdubio, inquit philosophus omnes videtur attingisse istas quatuor coniugationes, quis dixi. Hoc probat Aristot. procedens per opiniones eorundem philosophorum: atq; ita ait, quod qui statuunt vnum tantum elementum, cætera omnia conficiunt raritate & densitate: atque ita duo principia concedunt, rarum inquam & densum. aut potius calidum & frigidum. Quoniam calor & frigus raritatem efficiunt, & densitatem. Hoc est quod Aristot. inquit. hæc enim artifices esse aiunt: calidum inquam & frigidum aiunt antiqui, artifices sunt rari & densi. Præter duo hæc principia faciendi: vnum illud ab hijs philosophis subiectum conceditur tanquam materia: qui verò statim, id est aperte duo principia concedunt, vt Parmenides, qui ignem atque terram statuit: præter ea ipsa, aiunt, intermedia, aerem videlicet atque aquam permissionem quandam esse, ignis & terræ. vt iam quatuor admittant elementa. Idem quoque asseruit Plato. Statuit enim tria principia, magnum inquam, & paruum, quæ vim habent agendi. & præterea materiam, quæ ait esse quandam permissionem. Ea vero sententia a Platone explicata est non in his libris qui passim circunferuntur, sed in partitionibus aut diuisionibus. Sunt autem diuisiones sententiæ quædam quas Plato non mandauit litteris, sed exceptæ fuerant ab eius auditoribus. Comparat Aristot. sententiam Platonis cum opinione Parmenidis, cum ait, atque hæc quidem fere sunt, &c. Ergo eadem ferè est Platonis sententia de elementis, atque Parmenidis: licet Plato tria dicat esse elementa: Parmenides duo. Differunt tamen quod Parmenides medium illud inter ignem & terram positum, in duo diuidit: in aerem, videlicet atque aquam. Plato vero suum illud tertium, non diuidit, sed vnum tantum esse inquit. subiungit Aristot. quosdam etiam fuisse, qui protin⁹ sine vlla hæsitacione quatuor elementa statuerunt. Cuiusmodi fuit Empedocles. Is enim confitebatur quatuor esse elementa: ignem, aerem, aquam, terram: tametsi vi-

nullus antiquorū asseruit numerum elementorum superiore esse quater-

sup. di. T
Quo loco
Platonis
sen. atque
rit.
Diuisiones
Platonis
qui libri
sunt.

Sent. Plato
nis cū opi
nionem Parm
enidis
confertur

COMMENTARIUS.

detur reducere omnia adduo. Nam igni op-
ponit tria alia: cum faciat ignem calidum-
cætera omnia frigida.

Quæstio.

Vtrum quatuor sint elemen-
ta: ita vt neque plura ne-
que pauciora esse
possint.



Nrequam alio con-
tendam, iubeat seor-
sum quæstionem illã
tractare quæ hacten-
us ab Arist. explica-
ta est, vtrũ quatuor
sint elementa: quod
ob eam rem a nobis
faciendum esse censemus, quod sint nõnul-
læ difficultates quæ hanc ipsam Arist. sen-
tentiam subuertere videantur: quas si sol-
uerimus, planiore eandem, atque etiam
firmiorem reddemus. Prætermisis autem
ambagibus hæc statuo assertionẽ. Vera est
Arist. sententia cũ inquit, tãrũ quatuor esse ele-
mẽta. Nam neque plura sunt, neque paucio-
ra. hanc assertionem præsentis cap. Aristot.
probat. & lib. 4. de cælo. Illam autem ab
hypocrate summo philosopho, atque me-
dico accepit lib. de elementis. quam Gale-
nus etiam commentarijs in eum locum ve-
ram esse demonstrat. cõfirmat eandẽ theo-
phrastus lib. de elementis: idem quoque as-
serit ocellus Platone antiquior in lib. de vi-
niuersã natura. atque alij non parum mul-
ti: tum ex veteribus, tum etiam ex neoteri-
cis: quorum potiores ad rem istam proban-
dam, rationes in medium conferemus. Pri-
ma verò sumitur ex combinationibus qua-
tuor qualitatum. & hoc modo colligitur:
tantum quatuor sunt coniugationes prin-
cipum qualitatum: ergo tantum quatuor
sunt elementa. consequentia legitima est:
quoniam elementa constituuntur singula
singulis coniugationibus principum qua-
litatum: quemadmodum monstratum est
superius: quatuor præterea dumtaxat
constantes coniugationes primarum quali-
tatum esse posse, ostensum est. Secunda ra-
tio sumitur ex motu ipsorum elementorũ,
sicuti superius explicata, ex principijs ca-

pitur quibus constant elementa: & ita con-
eluditur. quatuor sunt genera motuum re-
ctorum: ergo quatuor sunt elementa. Pro-
bo consequentiam, quoniam, vt. 1. lib. de cæ-
lo docet Arist. singuli motus simplices necesse-
sariõ debent cõuenire singulis corporibus
simplicibus: motus verò recti simplices,
elemẽta similiter corpora sunt simplicia: quæ
aut quatuor sunt motus simplices recti inde
cõstat, quia vel motus rectus est sursum sim-
pliciter, deorsum simpliciter, vel ad alterũ
sursum, vel ad alterum deorsum. Tertio z. ex situ e-
hoc idem deprehenditur ex situ, atque lo-
co elementorũ
co elementorum. Nam conspiciamus in na-
tura rerum terram, ergo est ignis: probo
consequentiã quia vbi est in natura rerum
vnum contrariorum necesse est alterũ esse
lib. 2. de cælo cap. 3. ignis autem & terra cõ-
traria sunt secundũ locũ, cũ sit alterũ sur-
sum simpliciter, alterũ simpliciter deorsũ:
quæ duæ differentiæ loci maximè distant:
sunt terra & ignis, ergo sunt intermediæ
probo consequentiã. Quoniam sunt secũ-
dum qualitatem aliquam duobus his extre-
mis contraria: vt conitat. Quare quatuor
erunt elementa. Postremo eadem sententia
4. Ex gra-
probat sumpto argumẽto a grauitate & leu-
itate, quæ sunt motu sursum, & le-
uitate.
uitate.
atque deorsum: grauitas enim & leuitas in
sunt elementis, est autem vna leuitas sim-
pliciter, alia ad alterum: vna grauitas sim-
pliciter, alia ad alterum: quare est vnũ gra-
ue simpliciter, nempe terra. aliud ad alterũ:
nempe aqua. Leue similiter quoddam erit
simpliciter: nempe ignis. aliud ad alterum
est leue: nempe aer. Quatuor igitur sunt
elementa quemadmodũ Arist. scribit.

Verum aduersus istam sententiam sunt
aliquot rationes, atque argumenta: vnum
ita colligit: tot sunt corpora simplicia quæ
motu recto feruntur, quot sunt motus sim-
plices recti qui corporibus illis accommo-
dantur: quando quidẽ quilibet motus sim-
plex conuenit corpori simplici: & quodli-
bet corpus simplex, mouetur motu simpli-
ci. cap. 2. lib. 1. de cælo. Sunt autem duo tan-
tum motus simplices recti, eodem autore,
eodẽ cap. motus videlicet a medio, hoc est
sursum. & motus ad medium, id est motus
deorsum, ergo duo tantum sunt elementa:
dicendum est ad rationem, quod tametsi
genere duo tantum sint motus simplices, a
medio, & ad medium, specie quidem qua-
tuor sunt: quia singuli in duas partes diui-
duntur.

Tãrũ qua-
tuor sunt
elementa.

Vnde Ari-
sententiã
accepit
de numero
elementorũ

a. Ratio ex
coniugatio-
nibus qua-
tuor quali-
tatum.

z. Ex mo-
tu elemen-
torum.

Disputatur
aduersus
superiore
sententiam.

1. Argum.

Solutur.

duntur. Est enim alius a medio simpliciter: alius ad alterum. similiter motus ad mediū distribuitur quemadmodum dictum est.

2. Argum.

Secunda rō. Plures sunt quā quatuor cōiugatiōes primarum qualitatum ergo plura quā quatuor elementa. Nota est consequentia: quia singulis cōiugationibus singula elementa conficiuntur. Antecedens probō. Quia nihil prohibet cōiugationē quandam fieri ex calido & frigido. contraria enim simul esse possunt in gradibus ad implentibus summam latitudinem. Hęc ratio exactius soluetur a nobis paulo inferius: quo loco tractabitur quæstio, utrū cōtraria simul esse possint aliqua ratione. & aliquo gradu: an potius nullo modo id fieri possit. Interim tamen dicendum est, si duæ contrarię qualitates simul existant, nō effici elementum. Ratio est quōniam illę qualitates tantum possunt facere elementum: quæ possunt præstare denominationem speciei. Hoc nulla cōtrariarum præstabit, si nulla sit summa, sed existant in gradibus adimplentibus totam latitudinem.

Soluitur.

3. Argum.

Tertia ratio. Nihil vetat summē siccū, & remissē calidum esse simul, sed si simul sint conficiet elementum diuersum ab alijs quatuor: quare plura sunt quam quatuor elementa, siquidem plures sunt quam quatuor cōiugationes primarum qualitatum, vtilis atque constantes. Dicendū est, si calor & siccitas, perinde atq; dictum est coniungantur, nullum ab eisdem effici posse elementum, vna enim qualitas non potest primō duobus elementis conuenire. Est enim veluti forma ipsius elementi. At forma vnus tantum rei forma est: atque vnam tantum facit speciem: accideret autem si ex summē calidō, & remissē sicco fieret elementū: quare solū sunt quatuor cōiugationes constantes: atq; ex consequenti quatuor tantū elementa.

4. Argum.

Postrema ratio. Nullus est elemētū ignis, ergo non sunt quatuor elementa: nota est consequentia: & antecedēs probō, quia nullus locus assignari potest in quo existat huiusmodi elementum. Omne autem corpus est in loco.

Quæstio.

Vtrum sit elemētū ignis. & quo loco sit, qua etiā rōne deprehēdatur.



T hanc rationem soluemus paucis tractare quæstionem oportet, utrū sit elementum ignis. nam ea ignem videtur destruere: aut tollere de medio: & quidem videtur quod non sit elementum ignis, sed dumtaxat sit ignis qui apud nos existit: hoc primum sentire Arist. videtur qui cap. præsentis cum probare vellet elementa esse impura, de igne loquitur perinde ac si nullus alius esset in natura rerum, quam hic vnus qui humanis seruituribus: & apud nos cernitur, atque huiusmodi ignis non est elementum: aliās cum sub aere sit, leuiores existerēt sub grauioribus: quod proculdubio pugnat cum natura rerum. Deinde si quispiam alius esset ignis qui elementum conficeret eius locus esset proximus calo, propter leuitatem enim sursum simpliciter contendit: atque prope calum esse non potest, neque enim decens est vt corpus naturā calidissimum, & quod vim maximam habet agendi accommodetur corpori omnino experti qualitatum, quod Arist. sentire visus est cap. 4. lib. 1. meteorologicorum. Postremo, quoniam ignis suapte natura calidus admodum est, & cerni, atque tangi potest, cum sit corpus tangibile: ille verō ignis qui prope celum ponitur, neque lucet: neque cernitur: neque tangi vlla ratione valet: quare existimare par est, nullum esse simile elementum. Verum tamen hæc rationes nihil impediunt quod minus concedamus esse aliquod ignis elementum: quare statuo hanc assertionem: in natura rerum existit elementum ignis, supra aerem collocatum, atque id sentit Arist. habet hæc assertio partes aliquot, omnes tamē minimo negotio probari possunt. vna pars est quod sit in natura rerum elementū ignis. hæc pars persuadetur, primum, quia singula paria qualitatum accommodantur singulis elementis, atque illorum principia sunt, vt præsentis cap. Arist. docet, ergo calor & siccitas alicui elemēto tribui debēt. Nullum est aliud, vt constat, cui accommodari valeant præter ignem, est igitur elementum ignis, qui est natura sua calidus atque siccus. Secundo probatur, sumpto argumento a contrario, hoc modo. Est in natura rerum aliquod elementum igni cōtrarium: secundum qualitatem vtramque, nempe aqua, hoc enim nemo negat, ergo est ignis,

Videtur quod non sit elementum ignis.

1. Ratio.

2.

3.

Est in natura elementum ignis.

Ratio.

2.

COMMENTARIUS.

gnis: probo consequentiam, quoniam ut Arist. docet lib. 2. de celo cap. 3. si vnum contrariorum existit per naturam, aliud etiam existere necesse est, præsertim cum contraria partes naturæ sunt, quod accidit in præsentia: quemadmodum docet eleganter occelus lucanus in lib. de vniuersi natura: & a me explanatum est cap. 3. li. 2. de celo. Altera pars est quod ignis elementum sedem habet, atque locum, supra aerem, contiguamque est corpori caelesti. Hæc etiam sententia obscura non est, persuadetur tamen a nobis aliquot argumentis, primū hoc modo. Est in natura rerum locus simpliciter deorsum, ergo est alius sursum simpliciter, cap. 3. lib. 2. de celo, probatur ab Arist. consequentia, quoniam hi duo loci contrarij sunt, est locus simpliciter sursum: ergo est corpus aliquod in eo, cum non possit locus esse inanis. Istud verò corpus ignis est necessarium: quoniam loci contrarij sunt corporum contrariorum, in loco simpliciter deorsum est corpus summè graue, nempe terra, omnium iudicio, ergo in loco simpliciter sursum est corpus summè leue. Simile corpus est ignis. ergo ignis est prope celum, & supra aerem. Secundo probatur, mouetur ignis sursum simpliciter, ut experimento ignis qui existit apud nos facile deprehenditur, ergo est locus simpliciter sursum quo ignis feratur: omnis enim motus ad locum est: & qualis motus existit, talem oportet esse locum, ad quem fertur quod illo motu agitur. Quod autem ea sit Arist. sententia facile constare possit ex lib. de celo. in quibus frequentissimè ignis mentionem facit. Atque eundem collocat supra aerem, contiguamque facit caelestibus corporibus. Idem docet præsentis cap. ut ostendimus, neque solum Arist. In hac est opinione, atque sententia, sed præterea veteres omnes: atque etiam neotericis qui de philosophia, aut medicina scripserunt aliquid quod ad elementorum numerum aut constitutionem pertineret: præter duos medicos thomam de garbo lib. 1. tractatu. 1. questione. 2. & Hieronimum Cardanum lib. 2. de subtilitatibus statim a principio: sed hac parte confutatur Cardanus, ut patet, a Iulio Cæsare squaligero in his quæ contra Cardanum scripsit de subtilitatibus.

locus ignis

Medicorum hac parte sent.

Diluantur rationes in contrarium.

Rationibus vero in contrariam partem adductis satisfacere difficile non est, primū quidem ita sentiendum est nobis, Aristot.

præter eum ignem qui nostris seruit vñibus aliū constituere: quod ex locis a me citatis perspicuum esse possit. Sæpe numero tamen cum de effectis ignis, & vi eiusdem sermo nem habet, ut si eo igne, qui familiaris nobis est, quod facilius, quod docere vult, in eo monstrari possit.

Secunda ratio minori negotio soluitur. etenim si constituamus ignem proximè sub celo, nihil incommodi euenire potest: quia tametsi ignis sit summè calidus, & vim agendi summam habeat, nocere celo nihil potest, quoniam celum, ut lib. 1. de celo, cap. 3. Arist. docet, non valet suscipere externas qualitates. Neque aquo iam lædi potest, aut iniuriam pati. Quam obrem consentaneū potius fuit, ut proximè illi corpori affideret, quod lædi nequiret.

Tertia ratio illo nomine soluitur, quod licet ignis non deprehendatur sensus iudicio, neque enim cerni, aut tangi potest, nõ propterea existimandum est, ignem esse nusquam. Id enim accidit propter raritatem summam qua ignis natura sua præditus est. ut enim Arist. scribit lib. de mundo ad Alexandrum, de deo omnium autore loquens, cum probare vellet omnia eiusdem providentia gubernari, tametsi a nobis minime cernatur, neque illi ad agendum neque nobis ad credendum quidpiam obesse debet, idem nobis de igne dicendum est. Ratione siquidem (quæ sensum dignitate & certitudine vincit) persuademur ignem esse. Quamquam sensus nihil assequatur. Etenim si aer, quoniam rarus est a nobis minime cernitur, mirum non est si neque ignis cernatur: qui de cuplo est aere rarior, ut Arist. demonstrat lib. 1. meteorologicorum. Eius tamen vis perspicitur in his rebus quæ in suprema aeris regione gignuntur. Nam propter ignis viciniam, ille locus ad quem exhalationes e terra sublatae perferuntur, vsq; adeo incalefcit, ut tametsi leniter motu agerentur, ignem concipiant, vnde tanta copia impræSSIONUM ignitarum ortum habet. lib. 1. meteorologicorum non negat Aristot. ignem esse, sed disputat aduersus illos philosophos qui aiebant corpora caelestia, igne constare, igneamque habere naturam. Verum eam rem apperimus exactius cum nostris commentarijs locum attingimus. Iam vero alio propeceimus.

Quæstio

Quæstio.

Vtrum contrariæ qualitates
simul esse possunt.



Repra occasione ex verbis Aristor. præten-
ti cap. cum coniuga-
tiones quæ efficiuntur
ex quatuor principibus
qualitatibus numerat, licenim ait,
neque contraria sunt
apta copulari: & rem magis exponens, sub-
dit, nihil enim calidum, & idem frigidum,
neque rursus siccum atque idem humidum
esse potest, vertitur in quæstionem vtrum
aliquo modo fieri possit, vt contraria si-
mul existant. Neque enim hoc satis cõstat:
& ad explicandam Arist. sententiam maxi-
mum adfert præteritum operæ. ergo sunt nõ
nulli qui existiment contrarias qualitates
in eodem subiecto simul esse non posse. pri-
mum ab Arist. testimonio, argumento de
sumpro: quod est a me paulo superius cita-
tum. Alijsque plurimis locis quæ breuitati
studens prudens, sciensque desino in præ-
sencia referre: deinde a definitione contra-
riorum id probatur. Contraria enim sunt
quæ sub eodem genere posita mutuo se ex-
pellunt. Tertio hac ratione, quia si simul ef-
sent calor atque frigus eadem pars corpo-
ris calida esset & frigida: nam quod calorẽ
habet, id vt calidum sit, necesse est. Quod
verò frigus, frigidum. Hoc si verũ sit, iam
idem simul motibus contrarijs agitabitur.
Nam simul quidem incalescet, frigidumq;
reddetur. Quod sanè maxime absurdũ est.
Quam obrem inquit, fieri non potest vt
contraria simul existant.

Nostri al-
ferio.

Nihil est in
natura re-
rum quod
non agat
propter
malum.

Nos tamen sic asserimus: contraria si-
mul in eadem re esse possunt. Ita vt in ea-
dem re simul sit calor & frigus. hanc asser-
tionem ratione firmam reddam: quam vt
colligam. illud mihi accipiendum est ab i-
psa philosophia petitur: quod nihil est
in tota rerũ natura quod agat propter ma-
lum. Ratio est, quia quicquid agit secundũ
naturam, agit, propter finem, vt Arist. de-
monstrat lib. 2. de phys. auscul. finis autem
bonum quoddam est: nam ob-
eam rem i-

dem Ari. initio ethicorum ad. Nicomachũ
inquit, oĩa bonũ appetere, qm appetit oĩa
finem naturalem: & is bonũ quoddam est.
Alioqui, si mali cuiuspiam gratia quispiam
ageret secundum naturam, defectus tribue-
retur auctori nature: atq; malum. Nam au-
tor rei auctor est etiam naturalis appetitio-
nis. hinc fit vt nihil possit secundum natu-
ram agere, illam ob causam vt corrumpat:
quoniam corrumpere perse alterum malũ
quidem est, sed omnis interitus fit ex acci-
denti. Nam quia agens naturale non potest
quidpiam producere, nisi corrumpat con-
trarium quod prius aderat, corrũpit prio-
rem formam, vt altera, in ea materia, for-
ma collocetur. & quoniam producere sibi
simile, vel conseruare seipsum, bonum est,
quicquid agit secundũ naturã ea gratia agit,
vt velle ipsum ab hostibus tueat, atq; defen-
dat: vel simile efficiat. atque ideo natura de-
dit rebus singulis propensionem quãdam:
atq; appetitũ conseruandi se. & efficiendi si-
mile. qd Cicero docet initio li. de officijs
his verbis: principio omni generi animan-
tium illud est a natura tributum, vt se, vitã
que suam tueatur, declinetque quæ nocitu-
ra: videantur. Iam sic probo cõtraria simul
esse posse. quoniã alias incidemus in illud
absurdum vt fateamur naturam agere pro-
pter malum: nam ageret quidpiam non vt
simile produceret, vel seipsum conserua-
ret, sed vt corrumperet. Nam cõcedamus
corpus aliquod calidum tertio gradu. v.g.
ad moueri frigido: & ab eo consumi vnũ
gradum caloris: tunc ego rogo vtrum fri-
gidum solum corrumpat gradum illum ca-
loris & nullum gradũ producat frigoris,
an vtrumque effectum sit: si asseras solum
corruptum esse vnũ gradum caloris, se-
quitur absurdum. Nam per se vnus gradus
caloris corruptus erit: quare necessario fate-
ri debes fuisse etiam productum vnũ gra-
dum frigoris, qui successit in locum eius
gradus caloris qui absumptus est: atq; ita
simul manebunt calor & frigus, quæ pro-
culdubio sunt contraria. dicit fortasse qui
patrociniũ velit suscipere atque exercere
superioris sententiæ, cum frigidum corrũ-
pit gradum aliquem caloris, non id agere
per se, & primò, sed perse quidem dispo-
re subiectum in quo calor existit, ad frigus
suscipiendum. Quod in causa est cur pure-
mus agere propter malum: disponere autẽ
materiam bonum est: quia necessarium tan-
quã

Nihil per
se agit, vt
corrumpat

Cuius gra-
tia agatq;
libet agẽs
naturale.

Ratio.
Ad nostrã
sent.

Vnde orta
disputatio,
de hac re.

1. Opinio.
Quod non
possunt cõ-
traria si-
mul esse.

- 1.
- 2.
- 3.

COMMENTARIUS

quam medium ad simile efficiendum. verū si ita respondeat qui huic opinioni fauet facile alio argumento refelli possit: etenim si frigidum cūm corrumpit gradum aliquē caloris nihil frigoris producit, sed solum disponit subiectum ad frigus suscipiendū, sequitur quōd aliquid moueatur, & tamē nullo motu: quo nihil potest fingi absurdū: hoc probatur: nā remissio caloris motu est quidam: tunc enim corpus calidum non quiescit: siquidem non manet in termino a quo. Modo namque non adsunt quatuor gradus caloris: vnde tanquam a termino remitti calor cepit. Quare mouetur calidū cūm remittitur calor: vel concedas, illud subiectum neque moueri, neque quiescere, cūm remittitur calor: quod intellegi vix potest, nedum natura contingere. Probo autem quōd nullo motu moueatur: quoniam cūm motus speciem accipiat lib. 7. de phys. auct. a termino ad quem: qui per motum comparatur: & per hunc motum nihil comparatum sit, nullam formā, seu speciem habet hic motus. Nam neque latio est, cum locus paratus non sit. Neque commutatio, quia qualitas nulla acquiritur, neque accretio, cum quantitas non sit comparata. Dicit fortasse quispiam illud corp⁹ motum esse motu alterationis, quoniam per eum qualitas parata est: nempe tres gradus caloris. at hoc dicere nihil est dicere: quoniam cum nihil moueri possit ad id quod habet: & corpus illud anteaquam moueatur, habeat tres gradus caloris, stultum est dicere, motum fuisse illud corpus ad tres gradus caloris. at quia fuisse commutatū. Quam obrem a parte colligitur ex his que diximus, contraria simul esse posse. Sed addamus superiori alteram rationem, quæ sumatur ex tepido, cum enim tepidum medium quoddam sit calidi & frigidi, vt percipuum est, sit autem istud medium extremorum participatione, dubitari non debet quin calidum & frigidum quæ contraria sunt simul habitent.

z Ratio.

Questio quibus in gradibus contraria simul esse possint Summa latitudo iuxta Galeni sent.

Sed existit statim questio altera, constituta priori, quibus in gradibus simul esse possint contraria: hanc vero questionem sic denotio, manent simul in eodem subiecto contraria solū in gradibus expletibus summam latitudinem. Si sit ergo summa latitudo quatuor gradus, vt Galenus docet ceterique medicina peritissimi primus quidem cū qualitas percipi nō potest sensu tactus.

Secundus cum sentitur sensu tactus. tertius cum noet. Quartus cum enecat: hac enim ratione Galenus gradus distinguunt, possunt simul esse tres gradus caloris. v.g. & vnus frigoris: atque hæc sententia primū probatur a sufficienti diuisione: aut enim 1. Ratio simul esse possunt contraria in gradibus superantibus summam latitudinem, aut in gradibus qui illam nondum explet. vel in gradibus ea adimplentibus. Nullo enim alio modo simul reperiri possunt. Atqui nō possunt esse simul in gradibus excedentibus summam latitudinem, alias vtrumque contrarium poterit simul præbere subiecto nomen atque appellationem: siquidem illa sumitur a gradibus excedentibus mediam latitudinem, quam excedere simul vtrumque contrarium posse dubiū non est: si possint cōtraria simul existere in gradibus qui superant summam latitudinem. Impossibile autem est, simul quidpiam calidum atque frigidum dici. Neque similiter simul esse possunt in gradibus non complentibus summam latitudinem: alias in eadem illa incommoda incidemus, quæ consequent illorum hominū opinionem qui ferunt nō posse simul existere cōtraria. Poterit enim a contrario corrumpi gradus aliquis caloris, exempli gratia, tametsi non producat alius gradus frigoris: quando quidem non est necessarium plenam esse summam latitudinem: quare sequitur quōd contraria existunt simul in gradibus complentibus summam latitudinem. Secunda ratio est. Quia 2. Ratio si quantum vnus contrarij corrumpitur, tantumdem producit alterius, vt monstratum est, nunquam accidere possit, vt gradus contrariorum summam excedant latitudinē. rogabit rursum aliquis si fieri potest vt simul sint contraria in eodem subiecto, a quo nam contrariorum sumetur appellatio. Dicendum est, si alterum excederet, ab eo summi appellationem: si vtrumque æquale sit, neutrum denominat, sed tertium efficitur vtroque constans. Quod in tepido euenit, illud vero quod exuperatur, dicitur semper secundū priuationem quoniam destituitur appellatione: hinc constat solutio posterioris rationis, qua initio huius questionis vsi sumus. Non enim in eodem subiectum simul dicitur calidum atque frigidum: sed vel calidum, si vincat calor, vel frigidum, si frigus. Nam non satis est aliquod subiectum calore infectum esse, infans.

vt

vt calidū esse dicatur, Sed insuper necesse est vt frigidū a calido superetur: atque eo pacto tale est vnumquodque, quo pacto vincit alterū: eademq; ratioe. Iā vero prior illa ratio qua contra istam opinionē vñ sumus, quæ ex definitione contrariorū accipitur facile soluitur, si dicamus, non propriè appellari contraria quæ nō exuperant summam latitudinem. Sola enim quæ illā superant veram habent rationē contrariorū, atque hęc ipsa nullo modo simul esse possunt: de his autem loquitur Arist. præsentī cap. atque alijs, cū inquit, cōtraria apta nō esse, vt simul existant. sed de proposita quæstione hęc dixisse satis sit: properem⁹ alio.

Verum ignis & aer, & quæ diximus singula mixta non simplicia sunt. Nam simplicia sunt illa quidem his similia, sed non hęc ipsa sunt. Illud etiam quod ignē æmulatur, igneum est non ignis. quod aerem aereum. nec est cæterorum dissimilis ratio.

In explicatione huius loci laborant interpretes: consentiunt tamen fermè omnes in eo, vt dicant Arist. in præsentia affirmare, quatuor illa elementa, de quibus hætenus dictum est, ignem dico aerem, aquam, terram, impura quidē esse & quodammodo mixta: atque id ex verbis Arist. accipi videtur: ego tamen sic existimo minime id ab eodem præsentibus verbis doceri. Ratio est, quoniam paulo inferius istā rem tractat Arist. Neque solet ille vñquam eodem cap. eandem quæstionem tractare bis: in hac autem opinione esse video Philoponum virum diligentissimum commentario in eundem locum. Sic enim ait. Videbitur quidem dicere primo aspectu considerantibus, quæ quatuor elementa simplicia non sunt, neque sincera, sed mixta: & a se inuicem semper adulterata: vt multi opinari sunt: hoc vbi dixerat subiungit, non hęc esse verum sensum verborū. Quis igitur est verus sensus dicet quispiam, illum ego facile reddam. Comparat Arist. in præsentia ipsa elementa quatuor cū qualitatibus ex quibus effecta sunt, quæ sunt instar formarū: de quibus disseruit proximo capite. insuper cū materia prima: de qua disputauit cap. 1. huius lib. atque ait, quæ ignis, aer, aqua, terra non sunt simplicia, sed mixta. Cōstituta em sunt ex materia atque forma: ex materia v

delicet prima, & coniugationē quadā qualitatū. ipsa vero qualitates simplices sūt: hoc est minime compositæ ex materia & forma. similiter prima ipsa materia: quibus constant elemēta. Præterea etiam ipse qualitatū coniugationes, ex calido & sicco, calido, & humido, frigido & sicco, frigido atque humido. Sed hæc quidē coniugationes inquit philosophus similes sūt elemētis: non sūt tamen elementa. Etenim coniugatio illa qua constat ignis igni similis est, at non est ignis: sed ignea. & coniugatio qua constat aer non est quidem aer sed aeri similis. Est enim aerea: & in cæteris simili modo contingit.

Quoniam ignis caloris est excessus, vt frigoris glacies. Congelatio etiam & æstus excessus quidam sunt, altera frigoris, caloris alter. Si ergo glacies est humidi & frigidi gelatio, nēpe ignis calidi & sicci, æstus erit. quocirca neque ex glacie neq; ex igne quidquam generatur.

Ex superius colligit Ari. quod rerū generatio debito temperamēto cōstat: quatuor primarū qualitatū. Quāquā hoc ipsum admodū obscure pñūciat, quare inquit, quocirca cumq; in aliquo elemēto sit magis excessus, ex eo nihil omnino potest generari. rē exēplo Ari. probat. Etenim quia is ignis quo, ad vsum vitæ vtimur est feruor quidā, atq; exuperantia, est enim ardor quidā spiritū calidi atq; sicci: & quia glacies est exuperantia frigoris: quando quidē definitur cōgelatio quædam frigidi atque humidi: congelatio vero, atque ardor excessum significat frigoris & caloris, neq; ex igni qui nobis est familiaris, neq; rursū ex glacie quidpiam efficitur: aut generatur: obijciat alius quis pugnare secū Arist. nam lib. 5. de historia animalū in niue, & igni ait, gigni animalia quædā. In niue quidē vermes rubidos, & pilis hirtos: in igni verò bestiolas pēnatas. quā sententiā plini⁹ cōfirmat, soluit tamē pugnariā si dicamus Arist. in præsentia negare naturālē in his locis fieri generationem, præter naturā autem nihil prohibe.

Cum ergo corpora simplicia quatuor sunt, bina sunt vtriusque loci.
ignis

Non proprie dicitur appellatur que non exuperant summam latitudinem.

Locus impeditus.

Verus loci sensus.

Generatio cōstat debito temperamento.

Ignis non generat glacies

COMMENTARIUS.

ignis & aer vergentis ad terminū,
terra & aqua medium spectantis.

Sedes indi-
cat Arist. Hoc loco indicat nobis Aristot. sedes
elementorū ipsorum elementorū: atq; ita ait, quatuor
corporum simplicium, hoc est elemento-
rum, duo esse loca dumtaxat. Vnum lo-
cum sursum: alterum deorsum. Duo igitur
corpora simplicia ignis atque aer sur-
sum collocantur. Duo vero alia terra, &
aqua, deorsum. Est autem locus sursum ter-
minus vniuersitatis: locus vero deorsum
ipsum vniuersi medium: sed obijciat aliquis
malefacere Aristot. qui quatuor corpori-
bus duo dumtaxat loca tribuat, sursum vi-
delicet atq; deorsum. Nam cum quoduis
corpus debeat esse in loco, concedenda
sunt nobis quatuor loca, vel in eodem lo-
co erunt duo corpora. Soluitur tamen ob-
iectio si dicamus esse duo loca secundum
genus: quatuor vero secundum speciem.
Nā locus qui sursum est, duplex est. vnus
simpliciter sursum, alter sursum ad alterū.
Totidem modis dicitur locus deorsum.
Quare existunt quatuor loca in quibus ex-
istunt quatuor simplicia corpora.

Locus sur-
sum.
Deorsum.
Obiectio.
Soluitur.

Ignis & terra extrema sunt &
maxime sincera. aqua & aer me-
dia & temperatiora.

Comparat
ex locis ele-
ment. Comparat elementa inter se sumpta oc-
casione ex locis in quibus resident: quæ
paulo superius corporibus simplicibus sūt
concessa: atque ita inquit, inter elemen-
ta ignis atque terra extrema sunt non tam
ratione loci. Maxime enim inter se distant
locis: aer vero atque aqua sunt interme-
dia: nam collocantur inter ignem & terrā
vt plane constat, Quam ratione qualita-
rum quibus efficiuntur, & constant. hoc
accepit Aristot. mutuo ab ocelo lucano,
cuius mentionem facit Plato in Epistola
ad Architam, Sic enim ait in lib. de vniuer-
si natura, ignis & terra extrema sunt ele-
menta, aer, & aqua, media: rationem red-
dit, quoniam admixtam habent sui cor-
poris effectiōnem. Neque id modo verum
est sed illud etiam extrema ipsa, ignē vide-
licet atque terram maxime sincera esse: &
minus permixta: aqua & aer magis tēpera-
ta sunt, atque mixta. Quod si ignis & terra

Quæ ele-
mēta ma-
gis sincera.

sunt maxime pura & sincera, quia extrema
sunt, horum partes extremæ, illa inquam
pars ignis quæ cælum contingit, atq; etiā
illa terræ pars quæ ad centrum pertinet, ma-
ximè omnium partium puræ atque sincere
existent.

Quæstio.

Vtrum aliquod elementum
purum sit.



LS vero locus aptus est vt quæ
ranus, atque etiam defini-
mus, vtrum aliquod elemen-
tum purum sit atque sincerū:
ta tamen quæstio non diffici-
le a nobis soluetur iuxta sententiam Arist.
si dicamus: nullum elementum esse omni-
no purum: constansque duabus qualitati-
bus dumtaxat. eadem est Galeni sententia
cap. 5. lib. 1. de simplicium medicamentorū
facultate, cum ait, nullum elementorū sen-
sibilem sincerum est, nisi ad sensum, atq;
vsum. Ratio est, quoniam omnia inficiuntur va-
pore, atque exhalatione, maxime vero im-
pura sunt elementa intermedia. aer in quā
& aqua. tum propter hoc: tum propter cōta-
gionē quam sentiunt a vicinis corporibus.
quare cū extreme partes ignis & terræ neq;
vapores, neque exhalatione infici possint fa-
cile, non possunt enim hæc tam longè lateq;
pcedere, neq; vicinū aliquod corp^o habent
a quo sentire incōmodū simile possint, inta-
ctæ puræq; seruātur partes illæ. Si vero quis
piā obijciat, iā ipsa elementa mixta vocari
debere, non simplicia corpora: siquidē plu-
res habēt quā duas qualitates. Dicemus nō
esse simpliciter mixta appellāda: quoniam mixtio
quatuor qualitatibus efficitur, certa quadā
ratione temperatis, & mediocritatē quadā
seruātibus: quod minime cōtingit in elemē-
tis, in quibus semper vna qualitas summa
existit, vt mōstrabitur paulo inferius sed di-
ces, si id verū est cur Ari. intermedia elemē-
ta aquā, & aerē, mixta esse inquit: presenti
cap. mixta illa vocat, nō secūdū normā ve-
ritatis, sed quia non omnino pura atq; sin-
cera sunt. inficiuntur. n. vapores atq; ex hala-
tione, atq; ideo nō ait simpliciter interme-
dia esse temperata: sed quodammodo: aut
temperatiora esse quā extrema, quæ non
modo sincera atque pura esse, inquit, sed
maxime. si cum intermedijs conferantur.

Soluitur
quæstio.

Nullū ele-
mentū est
omnino
purum.

Obiectio
Soluitur.

z obiectio
Soluitur.

Sunt

Sunt præterea vtraq; alteris opposita. Quippe aqua igni est contraria. terra opponitur aeri. Nempe quia hæc ex pugnantibus affectionibus constant.

Elementa sunt opposita.

no Addit in super Arist. ipsa corpora simplicia opposita esse atque contraria: atque id non ratione naturæ, atque substantiæ: substantiæ enim nihil est contrarium: sed propter quantitates. Nam ignis quia est calidus & siccus, aquæ contrarius est, quæ est frigida & humida. aer vero calidus & humidus, terræ, quæ frigida est atque siccæ, opponitur. & hoc sane est quod Arist. scribit his verbis, quia hæc ex pugnantibus affectionibus constant.

Verum simpliciter cum quatuor sint, ad singulas affectiones singula referuntur. Terra etiam siccitatem, quam frigiditatem magis attingit. Aqua frigiditatem, quam humiditatem. Aer humiditatem, quæ calorem. Ignis calorem, quam siccitatem.

Comparat qualitates elementorum ipsi elementis.

Postrema parte huius cap. comparat Arist. duas illas qualitates quæ accommodantur elementis ad ipsa elementa. atque ita inquit, cum sint quatuor elementa, & singulis elementis insint duæ ex primis qualitatibus, vna tantum qualitas in singulis præualet, quæ vni cuiusque elementum forma dicitur: quoniam illi magis conuenit, quam altera. quæ vero ista qualitas sit quæ prius inest, & magis attingit naturam elementum ipse Arist. nos docet: terræ ait, siccitas attribuitur, aquæ frigus, aeri humor, igni calor, quæ prius calidus est quæ siccus: aer prius humidus quæ calidus, aqua prius frigida quæ humida, terra prius siccæ quæ frigida.

Quæstio.

Vtrum singulis elementis vna quædam qualitas summa concessa sit, altera non summa: & quæ quibus elementis summæ insint qualitates.



A quæ ab Arist. hæcenus de elementis disputatio habita est, melius sanè omnes suos numeros consequetur, si diligenter tractemus vtrum singulis elementis duabus qualitatibus quas habet: altera summa data sit, altera citra summam, & quæ quibus insint summæ. Quæ ob rem istam quætionem succinè explanare animus est, antequam longius procedamus: in primis vero scire est opere præcipuum quod Arist. in præsentia non inquit, alteram qualitatem summam concessam esse singulis elementis, alteram vero minime: hoc quibus facile possit intelligere, si diligenter euoluat hunc locum Arist. solū autem testatur, quod tamen duæ qualitates singulis elementis per se conueniant. Quæ sunt veluti forma ipsorum elementorum, altera magis elementum constituit, quam altera, & primò illi inesse dicitur. Hoc enim eccelè lib. de vniuersi natura, vnde Arist. hanc doctrinam accipit, videtur innuere, cum ait vnicuique elemento propriæ facultates tribuere sunt vt igni, calor, terre, siccitas, humor, aeri, frigus, aquæ. Atque hoc rationi cõseruandū est, quado quidē necesse est, vt quæ plura sunt ad vnum tandem referantur primo. Quare licet ignis sit, calidus atque siccus, potius sit atque constat calore, quæ siccitate: & primo debeat igni calor, aeri vero humor. aquæ frigus, terre siccitas. nã ab his qualitatibus, opinione Arist. potius, & prius hæc elementa efficiunt: ac per easdem qualitates ab alijs distinguntur elementis potius quæ ab alijs: quæ simul cum hijs existunt, nihilominus tamen existimandū est, quod nos etiã affirmamus, singulis elementis vnã inesse summam qualitatem. Ea est quæ primò conuenit elemento & aqua maximè elementum esse videtur. altera vero citra summum gradum consistit. hoc vero accidit quatenus parte considerant ipsa elementa: possunt enim illa multis modis accipi. aut. n. comutatur aut comutantur: aut vicina sunt alijs, aut per se considerantur: quæ ratione comutatur alia in se contraria qualitate consistat, quia omnis transmutatio a contrario fit. vt transmutatur, diuersa. Quia simile non transmutatur a simili. vt sunt vicina, atque coniuncta alteri, simili qualitate prædita sunt. Postremò, vt parte accipiuntur, & substantiã habent, qualitate quædam prædita sunt, quæ singulis primo insint. hæc autem summum gradum occupat. at verò quæ cum ea coniuncta est citra summum gradum consistit.

Arist. non ait singulis concessas esse singulas summas qualitates.

Singulis qualitates singulæ primo insunt.

Affertione facta.

Quot modis elementa considerantur.

Ea

COMMENTARIUS.

Impugnatur sententia.

Verū aduersus hanc assertionem sunt aliquot rationes, quæ eandem labefactare videantur. Primum quidem sic obijcio, si cuiuslibet elemento concessa esset vna qualitas summa, altera vero citra summum gradum, vel cum ea est qualitas contraria, quæ expleat summum gradum cū altera, vel non. si sit ei adiuncta qualitas cōtraria, fiet vt elementum non sit corpus simplex, sed mixtum. & contraria simul existant: quorum vtrumque falsum videtur esse. Si vero non adsit contraria qualitas fiet vt ab agēte summa latitudo qualitatis illius expleatur subito. & momento temporis. Nā sine contrario qualitas illa produccitur.

Don. Arist. lib. 1. de gen. et corr. cap. 1. §. 1. ubi dicitur quod si elementum haberet contrariam qualitatem, non esset simplex.

Soluitur.

Quod vero ita sit repente produccitur. atque fieri id minimè potest, iam enim motus alterationis efficietur sine tempore: quod verum esse nulla ratione potest. Vt Arist. latè deducit, lib. 5. de phys. auscult. verum hæc obiectio facile solui potest, si dicamus, iuxta id quod est a nobis definitū superiori proxima quæstione, simul cum ea qualitate quæ summa non est, contrariam existere: neque perturbamur, si contrariæ qualitates simul sint. Neq; rursus sequitur quod elementa vera mixta sint, vt illo loco explicatum est a me: adeat eūdem qui rem istam velit intelligere exactius.

Illiusmodi motus non potest esse instantaneus, sed habet aliquod tempus.

2. Ratio.

Secundo falsum esse videtur quod ait Arist. aeri primo conuenire humorem: nō aquæ. Nam alioqui magis rem quampiam aer humidam redderet, quàm aqua. Contrarium tamen accidit, nam aqua magis humectat, quam aer. imo vero neque aeri calor inest, quod etiam testatur Aristot. nam cap. 4. lib. 1. dixit eum esse frigidum: & superiore cap. vaporis ait esse similem, at vapor aquam refert quæ est frigida atque humida. Hos etiam scrupulos facile adimā.

Soluitur.

Priorem vero dubitationem soluere oportet ex diffinitione humidi. Etenim si humidum est quod facile suscipit alienum terminum, proprium vero difficile: proculdubio magis humidū altero illud erit, quod facilius alienum terminum suscipit, quàm alterum. Quare cum aer facilius suscipiat alienum terminum, quàm aqua: minori eū negotio se accommodat extremis rei quàm aqua: difficilius præterea proprium seruat terminum, quam aqua: quia diffiuit & diffunditur facilius, profecto aer magis humidus iure optimo putari debet, quàm aqua. Quare licet humectet magis aqua quam

Quod dicitur de aere primo conuenire humorem, non est de aere simpliciter, sed de aere mixto.

non rectè colligimus aquam esse humidiorē aere. Hoc enim potest accidere alia causa, quam quod sit magis humida, quam aer: ita soluit rationem philoponus in huius loci enarratione. aer vero, vt secundam partem dubitationis attingamus, iuxta sententiam Arist. præsentī cap. in quo ex professo rem tractat, calidus est natura, non frigidus. Hoc constat, tum quia calidi, & humidi coniugatio nulli alteri elemento tribui potest, singulis verò elementis singulæ concedunt quatuor principum qualitatum coniugationes: tum etiam quia aer proximus igni est, quare ex vicinia calidus ad eodem effici debet. Imo vero calidus natura esse debet, cum superiù locū teneat ignique proximum secundum naturam. Sequoniam calor non inest igni summus, mirum non est, si non magno negotio transfueretur, & frigidus reddatur: atque idè non ineptè fortasse quidam existimant aerē naturā suā, neque calidum, neque frigidum esse: quia possit facile modo calidus effici, modo frigidus: mirum autem esse non debet, quod obiter etiam diximus commentario in quartum cap. lib. superioris, si Arist. interdum aerem frigidum vocet: quoniam vt a me obseruatum est cōmentario in categoriam substantiæ, atque etiam pluribus alijs locis, Aristot. cum de re quapiam nō ex professo, sed obiter, atque veluti aliud agens tractat, sequi solet vulgi sententiam. Præsertim cum nō dum ad eum locum peruenit in quo ex professo rem exponit. Cuius rei ignorantia plerique decepti sunt: & fædam inconstantiam notam Arist. summo philosopho inusserunt. Sed hanc rem comment. in categoriam substantiæ plenius attingimus. Tertia ratio, falsum etiam videt esse quod Arist. scribit aquam esse primo, summeque frigidam: non terram. Nam frigus primò, & maximè conuenire videtur terræ. Hoc inde constat, primum quia maximè distat a fonte caloris: nimirum a sole: quare summè frigida est. & potius quam aqua: quæ non sic distat a fonte caloris. Accedit ad hoc quod terra est maximè grauis, & grauior quam aqua, vt planè constat, ergo maximè frigida. Si quidem grauitas ortum habet maximè a frigore. Postremo quia cum terra igni maximè contraria sit, ea vero contrarietas non contingat secundū siccitatem, cū sit siccū vtrūq; elementū, frigore pugnabit cū igne.

Calidū est natura, aer nō frigidus.

Cur frigidum Arist. aerem aliquando vocet.

2. Ratio.

Est aut

soluitur. Est autem igni calor summus concessus: ergo terræ summum frigus, vt rectè constare possit pugnantia, atque oppositio. Hæ quoque rationes hoc modo dissoluntur. Terra enim aliquo modo est frigidior quàm aqua: videlicet ex accidenti, per se vero hoc est ratione formæ non est frigidior quam aqua: quia primum in est aquæ frigus non terræ. Nos autem ea considerare debemus quæ per se sunt: non quæ ex accidenti. Præterea grauitas & densitas non modo a frigore ortum habent, sed etiam a siccitate, quæ cum aqua non adsit, nihil mirum est quòd non sit aqua tam dura, atque grauis, quam terra. Postremò dicimus, aquam nõ terram esse igni contrariam maximè, ratione qualitatum, cum ne vtram eandem habeant. Sed terram loci ratione. Quia ignis est sursum simpliciter: terra, simpliciter deorsum. Tandem possit quispiam inquirere quid causæ sit cur, aqua manere eadè valeat ammissio frigore, at vero si humore distitatur, non amplius maneat: si verum est, aquam primò effici frigore, non humore. Conuenit namque eidem frigus primò. Etenim glacies aqua non est, solum quia humor abijt, aut concretus est. Manet autem frigus, cum vero incalescit aqua substantia atq; natura seruetur aque. Sed hanc quæstionem consulto missam facimus quoniam illam ex professo exponit Alexander Aphrodisiensis grauis in primis philosophus, cap. 6. lib. 1. quæstionum moralium & naturalium: adeat eisdem qui rem exactè assequi cupit, nos enim ad alia properamus. Neque enim sunt omnia dicenda scriptori: quemadmodum neque doctori, vt Quintilianus docet.

Terra ex accidenti frigidior quàm aqua.

Quæstio an aqua maneat ammissio frigore aut humore.

Soluitur.

Elementi.

Argumentum cap. 4.



Proposuit Aristot. hætenus numerum elementorum: & affectiones quasdam eorum dem: præsentem cap. de transmutatione elementorum disserit: demonstratque, illa omnia inuicem transmutari. Quoniam Paulo superius hæc ipsum postulauerat citra demonstrationem. Nempe cap. 6. lib. 3. de celo. & cap. 1. superioris lib, cum aduer-

sum Empedoclem disputaret. Tres vero simul quæstiones tractat: vna est, vtrum elementa transmutentur inuicem. Altera, vtrū omnia. Tertia, quo nam pacto transmutatio efficiatur. Et quæ elementa facilius transmutentur.

Cap. 4.

Sed quoniam diximus corpora simplicia ex se vicissim generari, id quod sensu quoque percipitur (non futura alioquin alteratione, cum sit alteratio secundum tractabilium affectiones) operæ precium est huiusmodi vicissitudinis rationem explicare, & vtrū omne elementum ex omni generari queat, an quædam inter se generare vicissim possint, quædam non possint.



nitio ergo statuit Aristot. hanc assertionem. Elementa inuicem transmutantur: quæ etiam accepit ab oecelo citato loco, cum ait, mutantur autè inuicem elementa, &c. eam probat biferiam. Primum quidem sensuum iudicio. Videmus enim ex aere fieri aquam. Quod cap. 6. lib. 3. de celo dictum est. Quem locum citat Aristot. In præsentia, cum ait, quoniam diximus corpora simplicia ex se inuicem generari, alius modus eam rem probandi est, per rationem: ea sic colligitur, si elementa non possunt mutuo transmutari, atque oriri, non poterunt alterari: at qui nemo negare potest alterari elementa: ergo necessariò cõcedere oportet quòd inuicem transmutentur. Discursus legitimus est. & minor experimento vera esse deprehenditur. Videmus enim quod frigidum est, statim fieri calidum: & quod humidum mox siccum fieri. Quòd si autè prior consequentia efficax nõ sit, hæc sunt consequentaria. si non sit elementorum generatio, neque est alteratio. Si vero alteratio elementorum sit, esse eorum etiam ortum. Nam in elementis alteratio fit per alias qualitates quæ ad sensum tactus referuntur;

Affertio: 1. Ratio.

Syllogismus.

Ratio.

H runtur;

COM M E N T A R I V S .

rūtur: & primæ sunt. Quæ si omnino mutari non possunt, sicut non generant, neque generantur, ita quoque neque alterant, neque alterantur. Vbi vero rationem attulit Arist. qua probatur trāsmutari vicissim elementa, subiungit, esse operæ præmium explicare huiusmodi transmutationis rationem, hoc est quomodo elementa transmutentur: & præterea vtrum omne elementum ex omni generari queat, an quædā inter se generari vicissim possint, quædā non possint.

Cuncta igitur alterum in alterū vicissim haud dubie transire possunt. Nam generatio in contraria fit, & ex contrarijs. Elementa porro cuncta mutuam contrarietatem habent. quia differentia opposita sunt. Alijs etiam ambæ differentia opposita adsunt, vt igni & aquæ. quorum alter siccus est & calidus, altera humida & frigida. Alijs altera tantum, vt aeri & aquæ. Ille enim humidus est & calidus, aqua frigida & humida. vt non sit dubitabile, in vniuersum omne ex omni aptum esse generari. quod vt fiat in singulis notare non est factu difficile. Cuncta enim ex cunctis fieri deprehenduntur.

Verum omnia elementa inuicem transmutentur.

Omnia trāsmutantur inuicem.

Iam definit quæstionem alteram: ea est, vtrum omnia elementa vicissim transmutentur, atque ita asserit Arist. oia elementa transmutantur inuicem: alterum in alterum. Hoc ita demonstrat, Omnia contraria inter se transmutantur, atque ex se vicissim fiunt. transmutatio enim fit de contrario in contrarium cap. 2 lib. 5. de phys. ausc. omnia vero elementa contraria sunt ratione qualitatum quibus constant, vt cap. proxime superiore docuit Arist. & similiter in presentia: ergo omnia elementa inuicem transmutantur. transmutari autem inuicem omnia elementa inquit, fide oculorum facile constare posse.

Sed interest, quod alia alijs cele-

rius Lentius ve, item facilius aut ægrius commutantur. Nam quæ aliquid inter se commercium habet, horum commutatio celeris est. quæ non habent, horum lenta. quia vñ, quam multa facilius factu est commutari. vt exempli causa ex igne aer fiet, igne celerius mutato. Alter enim calidus erat & siccus, alter calidus & humidus. quare si humido siccum in pugna succubuerit, aer existet. Rursus aqua fiet ex aere, si frigus calorem delauerit. Erat enim ille humidus & calidus, hæc frigida & humida. Itaque mutatione calidi aqua fiet, ac eodem modo ex aqua terra, & ex terra ignis fit. vtrumque enim cum altero societatem habet. quoniam aqua humida est & frigida, terra frigida & sicca. prorsus vt humiditate subacta, terra sit futura. iterum cum ignis & siccus sit, & calidus, terra frigida & sicca, si frigiditate subluleris, fiet ex terra ignis. vt non sit dubitabile, generationem corporis simplicis in orbem ire. Sed proxima quæque propter ipsorum commercium facillime commutari.

Nō est igitur discrimē inter elementa, quæ alia trāsmutari possint: alia nō possint: quæ doquidē superiore ratione constat, omnia mutuo transmutari. Sed illa existit inter elementa differentia, quod alia citius transmutantur, tardius alia. Alia facilius, difficilius alia. Docet deinde quænam ea sint quæ vel celerius, vel tardius transmutantur: atque ait, symbola elementa, hoc est quæ cognitionem aliquam, atque commercium habeant inter se, ea sunt quæ cōmunem aliquam qualitatem habent, facilius, atque celerius transmutantur. Illa vero elementa quæ disymbola sunt, & commercium nullum inter se habent, aut cōmunē aliquā qualitatem, difficilius atque tardius trāsmutantur. Rationē cur illa facili-

Discrimen elementorum

Quæ celerius transmutentur

Symbola elementa
Dissymbola
Ratio.

trans-

transmutentur, illam reddit, quia facilius est vnum, quam multa commutari. Atqui cum elementa similia secundum aliquam qualitatem transmutantur, vna tantum qualitas mutatur: quæ contraria est. Cum autem transmutantur elementa quibus nulla qualitas communis est, duæ qualitates commutantur. Rem exemplo probat. Et enim ex igne longè facilius aer, quàm aqua fit. Nam ignis, vt antea diximus, est calidus & siccus, aer vero calidus atque humidus. Quare si ab humore superetur siccitas, quæ in igne est, statim aer efficietur: quoniam aer cum aqua in humore conuenit. Similiter si calor qui est in aere vincatur a frigore, aqua fit quæ frigida est, atque humida. Terra vero illico fit si vincatur aquæ humor: quia terra est frigida, humidaque. Eo de pacto fiet ex igne terra superato calore ignis, & seruata siccitate. Et ex terra ignis sublato terræ frigore. vnde aperte deprehenditur quòd generatio elementorum omnium inuicem fiat, atque in orbem decurrat: & proxima quæque occisimè in ea quæ illis adherent, commutetur. Quoniam cognatam, similemque aliquam qualitatem habent.

Nam ex igne aqua, ex aere terra, rursusque ex aqua & terra, aer & ignis generari quidem possunt, sed quia plura mutantur, longè difficilior. Siquidem vt ignis ex aqua efficiatur, frigidum, & humidum aërealeantur necesse est. Rursus vt aer ex terra, frigidum & siccum faciant, similis est ratio aquæ & terræ ex igne & aere generandæ. Vtrūque etiam debet commutari, vt intelligatur hanc generationem diuturniorem esse.

Docuit facilius inuicem transmutari ea elementa quæ prædita sunt simili aliqua qualitate. Nunc verò docet quæ nulla qualitate conueniunt elementa difficilior multo transmutari: licet inter ea ipsa sit etiam mutua transmutatio: huius rei reddit rationem Arist. quoniam plura mutantur: hoc probat quia si ex aqua debet ignis generari, necessesse est vt frigus atque humor qui est in aqua

aboleantur. Sic etiam vt ex aere terra fiat calor & humor aeris corrumpi debent. Atque ideo istorum transmutatio longè difficilior est. Diuturniorè vero appellat Genesius hanc transmutationem, quoniam in ea efficienda plus temporis infumitur, quàm in transmutatione elementorum, quibus ali qua qualitas cognata est, atque similis.

diuturnior
transmutatio.

Quod si vtriusque altera deleatur affectio, facilius quidem mutantur, at non erit alterius in alterum mutuus transitus. Sed ex igne & aqua terra prodibit, & aer. Ex aere & terra ignis & aqua. Nam simul aqua frigiditatem amiserit, ignis siccitatem, aer exibat. Huius enim calor, illius perinde humiditas relinquitur. Sin autem ignis calore orbetur, aqua humiditate, quoniam ignis siccitas, aquæ frigiditas superest, terra euadet. Ad eundem modum ignis & aqua ex aere & terra fiunt. Sublato enim aeris calore, terræ siccitate, aqua fiet. Illius enim humiditas huius frigiditas relinquentur. Nam si aeris humiditas terræ frigiditas excludatur, quoniam alterius calor, alterius siccitas, quæ ad ignem pertinent, pugne superest, ignis euadit. Est autem ignis generatio sensu quoque indubitata. Flamma enim maxime ignis est. Flammam vero fumum incensum esse definimus. qui fumus ex aere constat & terra.

Non solum verum est inquit Arist. quòd singula elementa inuicem transmutantur, licet alia celerius, tardius alia, sed præterea accidit interdum vt ex duobus elementis contrarijs, tertium generetur. Nam ex igne & aqua: interdum aer efficitur, interdum terra. hanc vero rationem transmutationis non est occultus assequitur. vt id obiter admoneam, quo autem modo id fiat Arist. docet. Is autem est: quoties cumque contingit vt siccitas ignis, & frigus aquæ corrumpatur, oritur aer. Nam manet calor ignis, & humor aquæ quibus

Ex duobus
elementis
tertium ef
ficatur.

duabus qualitatibus constat aer. Vbi verò accidit vt corrumpatur calor ignis, & humor aquæ, terra gignitur. Nam seruantur frigus & siccitas, quæ sunt propriæ qualitates terræ. Eodem prorsus modo ex aere & terra gignuntur ignis, & aqua, quo ex igne & aqua aerem, & terram fieri diximus. Quod autem ex terra, atque aere generetur ignis probat Aristot. cum inquit, est autem ignis generatio sensui, &cæ. non alio argumento, quam fide oeculorum. Et enim flamma quæ ignis est, nihil aliud est quam fumus ardens. At vero fumus permixtio est aeris atque terræ. Nam exhalatio quæ procedit ab humore, & habet admixtum aliquid crassum, atque terrenum in fumum & flammam euadit. Eandem rem Aristot. docet cap. 4. lib. 1. Meteorologicorū. & cap. 9. lib. 4.

Flamma.
Fumus.

At in ijs quæ proxima inter se sunt, si altera affectio in vtroque aboleatur elementorum, transitus in nullum corpus fieri potest. quippe cum in ambobus vel eadem vel contrariæ relinquantur. ex neutris autem corpus effici potest. vt si ignis siccitas aeris humiditas aboleatur, calor supersit. Sint autem vtriusque calor, pugnantes relinquantur, id est siccitas & humiditas. Cui similis est aliorum ratio. Nam in cunctis talibus altera eadem, altera opposita inest. quo simul aperitur, quæ vnum in vnum mutantur, hæc affectione vna deleta generari. quæ ex duobus in vnum, ea pluribus abolitis gigni.

Illud postremo in præsentia Aristot. nos admonet, quod tametsi ex duobus contrarijs elementis prodire tertium possit, permutatis singulorū singulis qualitatibus: vt modo stratum est, ex hijs elementis quæ communem aliquam qualitatem habent, & proxima sūt, nequaquam potest effici tertium, vt ex igni atque aere. v. g. vel ex aere & aqua: ex aqua & terra: aut ex terra & igni. Ratio est quia vel permutatur qualitas vtriusque communis, & contraria manet, aut contrarij contrariæ

Ex quibus duobus non possit effici tertium.

qualitates maneant abolita simili nullum elementum effici poterit. quoniam contraria simul copulari non possunt. vt superiore cap. testatus est Aristot. si autem aboleatur contraria qualitas, solum manebit similis: atqui elementum quoduis ex duabus diuersis qualitatibus confici debet. Ergo ex duobus elementis proximis, & habentibus aliquam qualitatem similem, nullum aliud elementum fieri potest. Statim colligit velut epilogo quod vbiicumque ex vno elemento fit in alterum commutatio vna tantum qualitas mutatur: cum vero fit mutatio ex duobus in vnum necessario mutantur duæ qualitates.

Quæstio.

Vtrum verum sit quod Aristot. inquit, elementa quæ similem habent qualitatem facilius transmutari, quam quæ illam non habent similem. quæritur vulgo, an facilius transmutetur symbola quam dissimibola.

On discedā hinc donec tandem quæstionē tractē, vtrum verum sit quod Aristot. testat elementa cognata facilius transmutari. Vide tur enim id falsum esse, quia tam facile transmutantur elementa dissimilia, quàm similia, nā si quæ causa esset eorum non tam facile transmutarentur dissimilia, quàm similia ea esset maxime quæ reddit Aristot. præsentis cap. nepe quod facilius sit vnum quàm multa corrumpere. & cum cognata transmutant vna tantum qualitas aboleatur, eum dissimilia, duæ. Hæc verò ratio non videtur efficax. Nā tam facile duo a duobus corrumpuntur, quàm vnum ab vno: vt apparet. Sed cum ignis. v. g. mutatur in aquam, ab aqua transmutatur, quæ cum sit frigida & humida tam facile corrumpet calore, & siccitate ignis, quàm facile siccitas ignis humore corrumpit aeris. Huiusmodi dubitatio varijs modis solui solet: verum nunquam tam exactè, vt scrupulus aliquis non maneat, qui animum torqueat. Illis tamen reiectis mihi videtur, veram esse sententiam Aristot. & cau-

Prima ratio contra sent. Aristot.

Soluitur.

Nostra sententia de hac re.

& causam redditam esse ab eo sufficienter illa tamen referenda non est ad qualitates, sed ad elementa. Siquidem Aristot. elementa cognata inuicem mutari statim putat, sine medio aliquo. Contraria vero elementa, vt ignem in aquam, credit mutari per aliquod medium. Quæ verò immediatè transmutantur facilius mutantur, quia vnum tantum est quod corrumpitur in ea transmutatione. Quæ vero per medium aliquod transmutantur, difficilius: quoniam duo corrumpi necesse est. Et hoc est quod Aristot. inquit, facilius est enim vnum quam multa corrumpere. Nam ad extremum contendere non facile possumus: nisi per medium. quare ad aquam ex igni contendendum nobis est per aerem, & ad aerem ex terra per aquam.

Obiectio Verum obijciat aliquis ex huiusmodi ratione soluendi quæstionem colligi, quòd elementa omnia non possint sine medio aliquo in se inuicem transmutari: quod falsum esse videtur: & contra rationem. Nam cum inter ignem, atque aquam, exempli gratia, sit perfecta cõtrarietas propter qualitates, erit etiam perfecta actio & perfecta transmutatio: quam obrem sine medio quoduis elementum in aliud quoduis statim mutari potest. Atque ex consequenti, non est tardior mutatio inter dissimilia elementa, quam inter similia. quia per medium mutantur inuicem elementa omnino dissimilia, atque contraria. Verù hæc quæstio soluitur si dicamus, fieri quidem posse (id quod ratio adducta persuadet) quòd elementa omnia statim, atque sine medio aliquo transmutentur: ceterum non ita sit sed potius in medium elementum prius sit transitio, quam in extremum, natura ita postulante.

Solutio

Argumentum cap. 5.



Proposuit Arist. i. cap. huius lib. tria principia rerum omnium: materiam primam: contrarietatem, atque elementa. Hactenus de duobus longa oratione differuit, videlicet de cõtrarietate, atque elementis. Nunc de prima omnium transmutationum materia disputat. Confutatque sententias philosophorum antiquorum de

prima materia: quas primo cap. attulerat. existimabat enim veteres nullam esse primam materiam subiectam elementis, sed elementa elementorum esse materiam.

Cap. 5.

Ac ex omni quidem cuncta generari & quomodo alterum transeat in alterum explicauimus. Superfunt tamen etiam nunc aliqua de ipsis considerata. Nam si aqua, & aer, cæteraque id genus, sunt (vt quibusdam placuit) corporum naturalium materia, ea vnum vel duo, vel plura sint oportet. Vt omnia igitur vnum sint, verbi causa aer, vel aqua, vel ignis, vel terra fieri non potest. Siquidem mutatio fit in contraria.



Connectit præsens caput cum superiore; atque aperit, quid nam illud sit de quo in præsentia sit differendum. Dicitur est inquit, & monstratum, omnia elementa vicissim generari: vnumque ex altero fieri. & modus similiter quo id fiat explicatus est, superest iam vt materiam primam, quæ subiectum est transmutationis exponamus. Probat autem Aristot. materiam hanc diuersam esse ab elementis. Quam sententiam ita demonstrat. Si materia prima corporum quæ generantur & corrumpuntur esset elementum, & nõ quidpiam aliud, vt antiqui philosophi credebant, vel vnum dumtaxat elementum omnium materia esset: vel duo, vel plura duobus. Nihil autem istorum verum esse potest: ergo elementum naturalium corporum materia non est. Vocat autem in præsentia corpora naturalia, corpora generabilia & corruptibilia. quamquam non omnia naturalia corpora generari & corrumpi possint. ratio legitima est: & assumptum proculdubio verum: subsumptum autem probatur ab Aristot. per partes eius singulas.

*Materia
elemento-
rum diuer-
sa est ab ip-
sis elemen-
tis.*

*Naturalia
corporalia
quæ vo-
cantur.*

COMMENTARIUS.

In primis probat, non posse fieri ut vnum tantum elementum materia sit. Nam aut nō istud elementū trāsmutari posset, aut posset, neutrum tamen verum est: in primis si vnum tantum sit elementū transmutari non poterit, nam omnis transmutatio est inter contraria. Cōtraria vero plura esse oportet: cum sit contrarium contrario contrarium, ergo non potest vnum tantum elementum esse, atque id transmutabile. neque intransmutabile: ita ut aer. v. g. materia sit corporum naturalium, & eius qualitates dumtaxat mutentur, substantia vero minime: cetera tamen ex eo efficiantur. Hoc demonstrat quatuor potissimum argumentis: vnum explicatur his verbis.

Si enim aer sit, maneatque, alteratio existat, non generatio.

1. Ratio. Illud autem est argumentum. Quia nulla erit generatio, sed omnis transmutatio, alteratio erit. Quod est maximè absurdū. Probatur a definitione alterationis. Alteratio. n. est transmutatio qualitatis manēre substantia. Manet autem semper intransmutabilis natura, atque substantia eius ex quo omnia gignuntur, iuxta opinionem citatam, ergo generatio nulla est, sed omnis mutatio est alteratio. Alterum argumentū adducitur his verbis.

Præterea hoc modo videtur aquā & aerem simul esse, vel aliud quoduis. Est ergo oppositio quædam & differentia, cuius alteram partem ignis habebit verbi causa calorem. At non erit ignis aer calidus. Nam præterquam quòd non ita videtur, hoc alteratio esset.

2. Ratio. Illud autē est. Quia idem erit ignis, aer, & aqua: quo nihil potest esse absurdius. Nam si aer est materia, & manet postquā ex eo aqua effecta est, atque ignis, idē erit aer atque aqua. Imo verò illud etiam absurdum hanc opinionem cōsequetur, ut fateamur ignem nihil esse aliud quam aerem calidum. Ratio est quia si aer remanens sit ignis, & necesse est, in igni adesse alteram

ex duabus qualitatibus contrarijs, calorem videlicet aut frigus, concedamus inquit Aristot. esse calidum, iam tunc ignis ille in quem aer cōuersus est nihil aliud erit, quā aer calidus. Quod maximè pugnat cum ratione, & insuper hæc mutatio generatio non erit. Sed alteratio tantum, ut apparet. tertium argumentum explicatur his verbis.

Ad hæc si ex igne rursus aer generetur, calore in contrarium mutato, generabitur. Aderit igitur hoc aeri, eritque aer frigidum quiddam. Ita ignis esse aer calidus non potest. Esset enim calidum simul, frigidum. præter ambo igitur aliud quidpiam idem erit, & aliqua alia communis materia. Eadem cunctorum est ratio. nullum esse istorum vnū ex quo generentur omnia.

Illud est. si vera sit hæc sententia, accidit^{3. Tertio} ut sint in eodem simul contraria, quod aperte falsum est: hoc probatur, quia si aer cum mutatur in ignem calidus fit, erat antea frigidus: siquidem omnis mutatio est de contrario in contrarium. Seruat autem per acta mutatione naturam aeris, ergo & frigus quo constabat, ex hypotēsi, cum ignis efficeretur. Quare simul in aere manent calor atque frigus, quæ sunt contraria. Deinde aer mutatus in ignem siccus effectus est, cum prius esset humidus: at manet facta mutatione, ergo simul est humidus atque siccus. Quod de aere dixit Aristot. accommodari etiam igni potest, si ignem dicamus omnium aliorum corporum esse materiam. Et secundum substantiam nō posse transmutari. Falsum igitur dicit qui dixerit ignem nihil esse aliud quam calidum aerem quando quidem inde colligitur simul esse contraria. Similiter etiam efficitur nihil esse vnum istorum quatuor elementorum, ex quo omnia generantur. Quia eadem est ratio cunctorum, inquit Aristot.

Sed nec aliud quiddam ab his ceu mediū aeris et aque vel aeris & ignis quod

quod aere & igne crassius, cæteris subtilius sit, illud enim aer esset, & ignis cum oppositione. Oppositorum autem alterum priuatio est, quo circa illud nunquam solum esse potest, ut quidam aiunt, infinitum & complectens. Similiter ergo horum quodque, aut nihilo magis aer, quam ignis.

Confutat
Anaximã-
dri opinio-
nem.

Hoc loco opinionem confutat Anaximãdri, qui ponebat medium quoddam corpus inter aerem, & aquam, vel inter ignem atque aerem igne crassius, aere vero tenuius, ex quo cætera omnia efficerentur. hanc enim opinionem eadem incommoda sequuntur, quæ superiorem. Nam si istud corpus, ex pluri gratia, sit ignis, debet ex frigido calidum fieri: quia omnis mutatio est de contrario in contrarium: in eius igitur substantia inerat frigus: quare si idem manes sit ignis, illud corpus simul erit calidum & frigidum. Et si medium hoc corpus rarius igne, crassius aere solum differt ab igne quia est densius: & si rarius reddatur sit ignis, cõstat omnia quæ sunt in igne esse in eo corpore præter raritatem, quare istud corpus, siccum est. Rursum, si solum assumat densitatem aer sit. Quare quæ sunt in aere, omnia erunt in eo corpore, præter densitatem, est igitur in eo humiditas: & inerat siccitas (ut ostendi) ergo simul in eodem sunt duo contraria, humor & siccitas, quod est maximum absurdum. Hoc probat argumento sumpto a minori, quod innuitur illis verbis, oppositorum autem alterum priuatio est. & ita colligitur, habitus & priuatio in eodem simul esse non possunt: cæcitas inquam, & visus: ergo neque contraria: probatur consequentia: non solum quia magis opposita sunt contraria, quam priuantia. Sed etiam quia contrariorum alterum, id est præstantius, formæ rationem habet: ut calor, alterum verò hoc est deterius priuationis, ut rigor. hinc colligit Arist. nullum esse corpus ab alijs separatum: quod sit cæteris omnibus, tanquam materia subiectum, ut quidam voluerunt: qui statuerunt quoddam corpus infinitum, & quod cætera omnia contineret. Hanc sententiam exprimit illis verbis, quo circa illud nunquam solum esse potest, ut quidam aiunt, infinitum, & com-

plectens, omnia inquam. Similiter etiã neque duo ex elementis, ignis inquam & terra, ut aiebat Parmenides possunt esse materia aëris & aquæ. Neque ex tribus quartum fieri potest, quoniam incidemus in ea omnia incommoda quæ paulo superius esse possumus.

Itaque si nihil sensibile his prius sit, hæc omnia esse possint.

Docet hoc loco quæ sit materia prima omnium elementorum. Nam hæcenus exposuit, quæ non sit, neque esse possit materia. Atque ita ait, quod cum materia elementorum non sit aliquid corpus præter quatuor elementa: neque aliquid vnum, aut duo ex quatuor elementis, materia cæterorum sit, superest ut dicamus materiam elementorum corpoream non esse, sed omnino vacare corpore: atque informem esse, quæ sensu percipi non possit, sed ratione tantum, atque animo percipiatur. Elementa vero ipsa materia sunt corporum tamè compositorum ex materia, & forma.

Elementa
mixtorum
materia.

Necesse est igitur aut semper maneat, nec in se vicissim mutantur, Item vel omnia vel aliqua, & aliqua fecus. ut in Timæo Plato scriptum reliquit. Ergo in se vicissim necessario commutari, sed non pari cuncta celeritate, supra demonstrauimus. Nam quibus aliquid est commercium, ea citius alterum ex altero fiunt. Lentius, quibus nullum. Ita si vna est oppositio, perquam elementa mutantur, duo sint oportet elementa. Materia etiam insensibilis, & inseparabilis mediū existit. Sed plura esse cernuntur, duæ minimum oppositiones erunt. Porro si duæ sunt oppositiones, elementa tria esse non possunt, ut perspicitur, sed quatuor, tot enim paria sunt. Nam cum sint paria sex, duo, quia pugnant inter se fieri nequeunt. Verum de his supra disseruimus.

H 4 Qui

C O M M E N T A R I V S .

Et quidem cum elementa materia sint corporum compositorum, quemadmodum diximus: nec ille est, inquit, aut in ere mutari non posse, ut Empedocles asserbat: aut posse mutari inter se, & si mutantur vel vicissim mutari omnia, ut cap. superiore monstratum est accidere, opinione Aristot. aut quædam mutari posse, alia vero minime: ut Plato ceteri: qui in Timæo terram facit omnino immutabilem. Omnes tamen huius modi diuisionis partes Aristot. persequitur: atque illas summa diligentia examinat. Primum vero in memoriam nostram reuocat, quod proximo cap. ab eodem definitum est, omnia elementa vicissim transmutari: tamen si alia cæterius transmutentur, alia tardius. Si quidem quæ cognata sunt, atque similia, cæterius transmutantur. Quæ vero omnino contraria sunt, & nullam habent similem qualitatem, lentius transmutantur. Probatum est etiam eodem capite necessarium esse, ut sint quatuor simplicia corpora. Quoniam sunt duæ contrarietates. Singulæ enim contrarietates duo elementa efficiunt. Nam cum ex duabus contrarietatibus, quæ constant contrarijs quatuor, sex coniugationes effici possint, & duæ quæ sunt ex contrarijs, effectæ, constare nullo modo valeant, quatuor superfluent, ex quibus totidem gignuntur elementa. cæterum materia quæ contrarijs istis subiecta est, neque sensu percipi potest: neque per se existere, separata ab iplis contrarijs. Hæc est Arist. de elementis sententia, explicata ab eodem superioribus capitibus.

Sed quoniam elementa alterum in alterum mutantur, ex his palam fit, nullum neque in extremo, neque in medio ipsorum principium esse posse. Nam si in extremis sit, cuncta ignis erunt, aut terra. Nec interit ex igne, an ex terra omnia constare dicas. Sed nec medium potest esse principium. ut quibusdam visum est. Aerem mutari & in ignem & in aquam, extrema non ite in extrema transire.

Iam probat Arist. fieri non posse ut vnū

elementorum, siue id extremum sit, cuius modi est ignis, & terra, siue medium, qualis est aer & aqua, materia sit principium que reliquorum, licet transmutari optime possit. Nam hæcenus monstrauit non posse contingere. si illud principium mutari non possit. Primum vero probat non posse huiusmodi principium esse aliquid extremum. siue sit ignis, siue terra. alioqui omnia erunt ignis. aut terra: quandoquidem principium ex quo quidpiam efficitur in permutatione manet. Si vero principium & materia sit vnum ex medijs, aer inquam, aut aqua, aer non solum mutabitur in aquam, sed etiam in ignem. aqua etiam non tantum in terram sed etiam mutabitur in aerem. Cæterum extrema ipsa non poterunt in alia permutari: alioqui in infinitum progrediemur: & in vno atque eodem elemento erunt infinitæ repugnantiæ: quod prorsus a ratione alienum est.

Stet enim oportet, nec sine fine id utroque recte progrediatur. futuris alioquin in vno contrarietatibus innumeris. Sit enim terra t. humor. h. Aer. a. ignis. i. Si ergo. a. mutatur in. i. & oppositio erit ipsorum. a. i. sint hæc albedo & nigredo. Rursus si. a. mutatur in. h. alia erit oppositio. neque enim sunt idem h. &. i. Sint autem siccitas & humiditas. x. siccitas. z. humiditas. si ergo albedo manet aqua humida erit & alba. sin minus, aqua nigra erit. Cum mutatio fiat in contraria. Itaque necesse est, aqua alba sit vel nigra. Sit autem prius, pari ergo ratione dicto. i. aderit siccitas. x. appellata. Ergo. i. ignis mutabitur in aquam. opposita enim adsunt. Nam primum ignis niger erat, deinde siccus, aqua humida, deinde alba. Non est igitur dubitabile, mutationem cunctis mutuam inter ipsa fore & in his reliqua etiã duo socia nigrum & humidum. t. terræ affutura. Hæc enim non fuerunt aliquo pacto copulata.

Hoclo

Hoc loco demonstrat nullū esse elementum quod non possit in aliud commutari: atque ex consequenti, nullum elementorū posse esse principium, cum principium immutabile esse oporteat, & si omnia inuicē mutantur, nulla est ratio cur vnum potius quam alterum principium esse putemus. Etenim si aer qui medius est, aliquando in ignem, aliquando in aquam commutetur, non mutatur in vtrumque per eandem repugnantiam: alioqui ignis & aqua erunt idem. Quare aer duas habet repugnantias: vnam cum igne: quam amittit cum fit aqua: quandoquidē omnis mutatio fit ex contrarijs. Concedamus igitur candorem & nigrorē esse repugnantiam inter aerem atque ignem. Licet Arist. quibusdam vtratur elementis quæ nihil prorsus significat demus etiam inter aerem atque aquam, aliam esse repugnantiam; nempe humorem & siccitatem. vt aer sit siccus, ex hypotesi. Aqua vero humida, ergo si ignis mutetur in aerem, ex sicco fiet humidus, retinebit tamen aliam contrarietatem: nempe candorem. Quare tunc erit aqua humida & candida: inter aquam & ignem est etiā repugnantia, quia aqua candida est, ignis vero ater: vt possumus. Quare poterunt mutari inter se. idem censendum est de aqua, quam putant posse mutari in terram: atque aerem. Necessē enim est vt habeat aqua repugnantiam quandam cum terra. Aliā vero cum aere. Quod si ab aere distat siccitate: Atque humore, quia aquam ponimus humidam, aerem vero siccum. a terra differt candore atque nigrore: quod aqua sit candida & terra nigra. Si sint solū istæ duę repugnantia. Quare si aqua in terram mutetur, fiet sanē nigra ex candida. verum feruabit adhuc humorem: quare terra erit nigra atque humida: aer vero ponebatur siccus, atque albus: ergo contrarius est terrę. Atque ex consequenti in eam mutabitur. hac igitur, ratione planē constat omnia elementa posse inuicem commutari.

Iam vero fieri non posse, vt in infinitum procedat, quod demonstraturi huc prius defleximus, ex his planum fiet. Nam si rursus, i. ignis in aliud mutatur, nec reflectitur, Verbi causa, in .s. alia oppo-

sitio a dictis aderit igni, & dicto. s. quia nec. t. nec. h. nec. a, nec. i. subijcitur ipsum. s. Ergo. i. appellato adfit. K. dicto autem. s. adfit. f. K. aderit omnibus his. t. h. i. a. i. quippe quę in se vicissim mutantur. quam hoc demonstratum non dum est. id certe patet, si rursus. s. in aliud mutetur, aliam oppositionem dicto. s. affuturam, & .i. igni, & semper cum appposito aliquam prioribus oppositionem fore. Ita si hæc innumera sunt, oppositiones quoque innumerę vni aderunt. & tunc nihil nec terminari, nec gigni licebit. vt enim aliud fiat ex alio, tot oppositiones oportebit obire. & itę plures. Prorsus vt in aliqua nō sit futura mutatio. nempe si media innumera sunt. quod vtique necesse est, si innumera sunt elementa. Sed neque ex aere in ignem. Siquidem oppositiones essent infinite. Quia omnia vnum sunt. quippe necesse est, quę sub. i. sunt, iis omnes oppositiones superiorum adsint, his vero omnes inferiorum. itaque omnia vnum erunt.

Tanquam absurdum collegerat superior in elementis progressum in infinitum. probat modo quod elementorum mutatio non possit ita infinite progredi, vt nunquam recurramus ad quatuor elementa, sed necessarium esse vt ad illa veniamus. Hoc vero demonstrat adductis in medium quatuor incommodis quę opinionem illam consequuntur, quę ait, progredi in infinitum licere in elementis. Primum incommodum est, quod in vno quoque elemento essent iam infinite qualitates. & infinite repugnantia. Ratio est, quia omnia elementa debent habere inter se quādam coniugationem, quemadmodum illa habent quatuor vulgata. Nam si ignis, exēpli gratia, non mutatur in aerem, neque in aquam, neque in terram, sed in aliud quinte elementum, cum omnis mutatio fiat

Non licet
in elemen-
tis procedere in
infinitum.
Primū in-
commodū

in contraria, necesse est vt inter ignem, & illud quintum elementum sit quædam alia repugnantia, diuersa a repugnantia quatuor elementorum. Omnis autem repugnantia existit in qualitatibus: ergo in igne erit aliqua qualitas quæ repugnet qualitati eius quinti elementi. in quod ignis mutatur. Neque tantum ea qualitas erit in igne, sed etiam in cæteris elementis: quandoquidem omnia possunt in illud quintum elementum mutari. Vnde fit vt in singulis elementis existant tres qualitates primæ. Si autem mutatio ex quinto elemento in sextum procedat, erit rursus alia repugnantia a cæteris diuersa: & ita noua qualitas ad def. inferioribus, & iam tunc in singulis elementis erunt quatuor primæ qualitates, pari ratione si e sexto elemento fiat mutatio in septimum semper fuerit necessarium adiungere inferioribus nouam qualitatem: & si in infinitum procedamus erunt in singulis qualitates infinitæ, ac repugnantia: quod est maximum incommodum: & omni prorsus ratione vacans. Secundum incommodum adducitur ab Arist. his verbis. & tunc nihil, neque terminari. Illud est, si sint infinita elementa & qualitates infinitæ nihil terminari poterit. Hoc est defini. Neque etiam generari, quia si quidpiam voluerit generari. v. mutari necesse est vt transeat infinitas qualitates, at vero quod est infinitum percurri nullo modo potest. Tertium incommodum tangitur ab eo, cū ait, sed neque ex aere in ignem, &c. illud est quod neque proximum elementum mutari. Poterit in sibi proximum: vt ignis in aërem: aut aer in aquam. Ratio est quia sunt infinitæ qualitates quæ transiri debent. Postremum incommodum insinuat illis verbis, quin omnia vnum sunt, &c. Illud autem est, quod omnia fient vnum. omnes enim qualitates elementorum quæ igni tribuuntur, conceduntur etiam inferioribus elementis, & inferiorum qualitates superioribus conueniunt. Necesse est autem vt ea elementa eadem sint quorum qualitates sunt eadem. Erit ergo omnium rerum confusio, si vnum omnia sunt: quod accedit si in elementis infinitè progrediamur.

Argumentum cap. 6.

Institutum Arist. presenti cap. illud est,

confutare Empedoclis opinionem, de materia rerum: qui asserbat quatuor elementa materiam esse rerum omnium: verum transmutari inter se nullo modo posse. hoc demonstrat aliquot rationibus.

Cap. 6.

Sed miretur aliquis, qui Empedoclem secuti plura quam vnum esse corporum elementa sic statuunt, vt tamen in se vicissim ipsa mutari negent, hi quomodo tueri valeant elementorum comparisonem. Sic enim Empedocles ait. Hæc namq; omnia paria sunt. Si ergo quantitate paria sunt, aliquid idem cunctis comparatis adsit oportet, quomensurentur, vt si ex vno Aquæ sextario Aeris decem efficerentur. ambo igitur idem sunt, si eodem mensurantur. Sin minus sic conferri possunt per quantum, vt quantum ex quanto, sed qua vires habent vt si aquæ Sextarium æquæ, ac decem Aeris possit refrigerare, & sic per quantum non ratione quanti, sed virtutis comparari apta sunt, licebit vires non quantitatis mensura, sed proportione comparare. Verbi causa, vt hoc calidum est, sic illud album. At illud vt hoc, simile in quali significat, æquale in quanto. absurdum igitur videtur corpora, quæ commutari inepta sunt, nõ proportione esse comparabilia. sed facultatum mensura, & quia tantum ignis, & multo plus aeris æque calidum est, vel simile. Nam ipsum plus, quia cognatum est, talem habebit rationem.

Primum omnium oportet meminisse, Empedoclis. quod Empedocles aiebat, quatuor esse tantum elementa: atque illa materiam prestare rebus omnibus quæ efficiuntur.

1. opinio

eur. Sunt autem ea ipsa intransmutabilia, iudicio Empedoclis, licet comparari inter se possint. Quandoquidem ab eodem putantur æqualia. Improbatur ergo initio Arist. Empedoclis sententiam, cum ait, conferri inter se elementa, atque esse intransmutabilia. Nam hoc ipsum tueri quispiam, atque defendere non valet. Quod probatur Arist. hac ratione, si inter se conferri possunt elementa, vel propter quantitatem, atque materiam comparatur, vel propter virtutem, atque potentiam, quocumque vero modo comparentur, transmutari poterunt: ergo illa duo non cohererent, quæ affirmat Em-

Bifariam comparari possunt elementa. Non posse elementa transmutari, & comparari inter se posse. Discursus legitimus est, & maior aperta, siquidem his duobus modis elementa conferri possunt inter se: quantitate inquam aut virtute. quantitate quidem ut si ex vna hæmina aquæ fiant decem aeris hæminæ. Virtute vero, ut si vna hæmina aquæ tantum possit inducere formæ quæ tantum decem hæminæ aeris. Minor vero propositio probatur ab Arist. & primum quidem si quantitate comparentur: etenim si secundum quantitatem comparentur, necesse est ut aliquid sit in eis quod utriusque conveniat: & utriusque mensura sit. Hoc est enim commune omnium quæ comparantur inter se: quare si ex vna hæmina aquæ, fiant decem aeris, oportet ut aeri atque aquæ sit vna communis materia, quæ sub forma aquæ, cum est, minorem habeat quantitatem, quam cum est sub forma aeris, quæ vero communem habent materiã, commutari possunt inter se, ergo si possunt elementa comparari secundum quantitatem, commutari etiam poterunt: contra sententiam Empedoclis. Idem quoque contingit si elementa comparentur secundum potentiam, atque virtutem, quod significat, illis verbis, si minus sic conferri possunt, &c. Ratio verò hæc est, quorum est eadem qualitas solet esse materia eadem, si elementa comparentur secundum virtutem, habent eandem qualitatem licet eadem in altero sit maior, in altero minor: at vero ea quorum est materia eadem, commutari vicissim possunt, ergo si secundum virtutem, aut potentiam comparentur elementa, mutari poterunt. Quod est contrarium Empedoclis opinioni.

Comune omnium quæ comparantur. Hoc est enim commune omnium quæ comparantur inter se: quare si ex vna hæmina aquæ, fiant decem aeris, oportet ut aeri atque aquæ sit vna communis materia, quæ sub forma aquæ, cum est, minorem habeat quantitatem, quam cum est sub forma aeris, quæ vero communem habent materiã, commutari possunt inter se, ergo si possunt elementa comparari secundum quantitatem, commutari etiam poterunt: contra sententiam Empedoclis. Idem quoque contingit si elementa comparentur secundum potentiam, atque virtutem, quod significat, illis verbis, si minus sic conferri possunt, &c. Ratio verò hæc est, quorum est eadem qualitas solet esse materia eadem, si elementa comparentur secundum virtutem, habent eandem qualitatem licet eadem in altero sit maior, in altero minor: at vero ea quorum est materia eadem, commutari vicissim possunt, ergo si secundum virtutem, aut potentiam comparentur elementa, mutari poterunt. Quod est contrarium Empedoclis opinioni.

Exerat Empedoclem. Deinde aliquo modo defendit Empedoclem, & rationem reddit, quæ illa duo si

mul constare possint, ut sint elementa comparabilia, & transmutari nequaquam possint. Comparatio igitur inquit Arist. duobus modis fieri solet, similitudine inquam, vel proportione: similitudine fit comparatio quando in diversis rebus subiectis est eadem qualitas. Ratio est quia similitudo est eadem qualitas rerum diversarum. Exempli gratia, si conferatur aqua cum aere illo nomine quod in utroque est facultas refrigerandi, vel humectandi. Proportione fit comparatio cum comparentur inter se vires diversæ, generum diversorum: ut si dicas, sicut hoc calidum est, ita illud est candidum. Verum cum dicimus, hæc res est sicut illa, si agamus de qualitate intelligimus esse simile, si de quantitate æquale. Cum ergo Empedocles faciat elementa immutabilia, poterit sanè dicere comparari inter se: non si similitudine, sed proportione. Nam vires diversæ generum diversorum inter se non possunt mutari, ut calor in dulcedinem. Si autem fiat elementorum comparatio secundum vires, quæ comparatio qualitatis est, fieri nequit ut sint elementa immutabilia. Et enim si ignis cum aere comparetur, & dicatur esse calidior aere, hoc accidet quia est eiusdem generis: & habet eandem materiam cum aere, atque ea quorum est eadem materia, vicissim inter se commutari sunt.

Sed ne auctio quidem per Empedoclem alia esset, quam quæ per accessionem fit. qui sic ait, ignis augetur igni, & terra suum genus, æther auget æthera. Hæc autem accessio quedam est, nec quæ augetur, ad hunc modum videntur augetur.

Numerat Arist. quædam incommoda quæ sequuntur opinionem Empedoclis, Incommoda quæ opinione Empedoclis consequuntur. Vnum est quod nulla erit vera auctio, seu accretio, vera & naturalis. Sed accretio erit adiectio quædam, & accumulatio, ut cum lapidem addimus lapidi. Oportet enim ut quod auget, ut monstratum est ab Arist. eius quod auget, ut monstratum est ab Arist. cap. 5. lib. superioris. at Empedocles scribit Empedoclem solum appositione rerum similium fieri accretionem. Quod ut probet Arist. citat ex Celso, verba.

verba

COMMENTARIUS.

versiculū quendam sumptum ex libro Empedoclis qui cosmopoeia inscribitur in quo ita cecinit.

Ipsa suum tellus auget genus, etheraque ether: sola autem appositione rei similis, ut constat, non fit accretio.

Ceterum generationis naturalis rationem reddere longe difficilius est. quoniam quæ natura gignuntur, ea cuncta sic aut semper, aut certe magna ex parte generantur. Nā quæ nec semper, nec magna ex parte, hæc casu, & fortuitu eueniunt. Quid est igitur in causa, ut semper, vel magna ex parte homo ex homine, ex tritico triticū, nō oliua nascatur. Vel si os ad hunc modum componatur. cum non temere coeuntibus elementis, quidquam, ut ille ait generetur, sed aliqua ratione. Horum igitur quid est in causa? neque enim ignis, aut terra causa est. Sed ne amicitia quidem, & discordia quarum altera concretionis tantum causa est, altera secretionis. Hoc autem est cuiusque substantia, non solum mistio, & mistorum dispositio. ut ille inquit. Sed appellatur in his fortuna, non ratio quamquam nihil prohibet temere factū fuisse misionem. Nam rerum naturalium causa est, rem sic se habere. & hæc est cuiusque natura. de qua Empedocles cum nihil dicat, nihil dicit de natura. At hoc est bene se habere, & bonum. Ille tamen solam misionem commendat. quamquam elementa, quæ natura deo priora sunt, nam & ipsa dii sunt, ab amicitia, nō discordia fecernuntur.

Possimè quidem, ut ostensum est, ab Empedocle redditur causa accretionis efficiendæ, sed peius multo ratio reddi ab eo potest generationis naturalis, inquit præsentulo Aristot. si elementa mutari ne-

queant. Hoc probat: quoniam ea quæ a natura procedunt, aut semper, aut magna ex parte eodem modo contingunt. natura enim semper, aut plerumque rem facit ex eodē eadem. Quæ vero neque semper, neque magna ex parte eueniunt non proficiscuntur a natura, sed vel casu, vel fortuna fiūt. Si igitur non mutantur elementa quid causa erit cur homo ex homine semper, aut magna ex parte fiat. Ex tritico triticum, nō oliua. & cur hoc modo formatur os, ac facies semper. Non alio modo. Nam cum dicat Empedocles quod generatio nihil aliud est quam congregatio elementorum, sine vilo discrimine poterit ex homine homo, atque etiam equus generari. at verò contrā fieri videmus, ergo non fit generatio concurrentibus elementis temere. sed ratione potius firma, stabilique. Dicat igitur quæ sit horum causa. Et quoniam multas causas ille potuit adducere, omnes illas inanes esse Aristot. demonstrat. In primis ignis aut terra causa non est: quoniam hæc duo elementa semper sunt contraria in omni compositione. Neque concordia aut discordia, quæ Empedocles ait, rerum omnium esse principia: quia concordia solum est causa congregationis. Discordia vero disgregationis. Sed opus est aliqua forma quæ est vnius cuiusque rei natura: & facit ut hic, homo sit: illa, vero caro. Neque sufficit permistio, & confusio rerum omnium mixtarum: ut inquit Empedocles. Nam in his rebus fortuna ponitur, non ratio: sit enim facile ut rerum permistio fortuito contingat: causæ autem rerum naturalium semper se habent modò eodem, & cuiusque rei natura atq; forma semper est eadem. De qua, cum nihil dixerit Empedocles, neque de natura quidpiam dixisse, censendus est; quæ est bonum, atque perfectio vniuscuiusque rei. Præterea Empedocles inquit, elementa esse priora deo: & habere numen aliquod: & quod magis mireris, deos esse testatur.

Quin etiam de motu simpliciter dicit, neque enim dicere satis est, cur amicitia & discordia moueat, nisi hoc sit esse amicitia, tali motu moueri, discordia tali. Definire igitur oportuit, ponere, aut demonstrare. idque vel accurate & scrupulose,

pulose, vel certe leniter, & crassa minerua. Iam vero quoniam corpora vi præterque naturam, & secūdam eam moueri videntur, verbi causa ignis sursum citra violētiam tendit, idem per vim deorsum fertur, cum motui violento naturalis opponatur, liceatque per vim moueri, nempe natura quoque moueri licet. Vtrum igitur amicitia hūc motum mouet, an secus? Nam terram deorsum ferri contrarium, & secretioni simile videtur, & perinde discordia potius, quam amicitia motus naturalis causa est. vt intelligatur, omnino amicitiam potius præter naturam esse. quod nisi vel amicitia, vel discordia moueat, nulla sit omnino ipsorum corporum, nec motio nec quies. quod quidem absurdum est. Præterea moueri cernuntur discordia namque secernebat, æther autem sursum latus est. non a discordia. quanquam interdum fortunam caufatur. vt cum ait sic currens tunc incidit, sæpe tamen aliter. quādoque ignem natura sursum ferri aptum esse dicit. Aether inquit longis radicibus terram subit.

Illo etiam nomine reprehēdit Empedoclem, quod nimis simpliciter, idest imperitè nimis de motu loquutus sit. Contētus est enim ille dixisse, quod concordia atque discordia vim mouendi habent. Cur autem moueant, non docet. Neque causam apperit cur discordia moueat hoc modo: concordia vero altero. Debuit igitur explicare causas motionis: aut illas supponere: aut demonstrare easdem verè, vel probabiliter, vel quouis modo. quod ille vocat, crassa Minerua. Deinde cum corpora naturalia duobus modis possint moueri: aut naturali, & proprio motu, aut violento & contra naturam: quod ignis exemplo constare possit, qui sursum fertur secun-

dum naturam: deorsum vero vi & contra naturam, quod autem naturale est ei est contrarium, quod est contra naturam, profecto quæ vi mouentur, eadem mouebuntur secundum naturam. possit igitur quipiam rogare Empedoclem, vtrum motus quem concordia ædit, naturalis sit, an potius violentus: terra enim in sublime fertur vi: atque etiam ignis deorsum, quod autem violentum est, simile esse videtur disgregationi. At concordia non disgregationis sed congregationis causa est. Congregat enim elementa, quæ congregari non valent. Nisi ignis descendat: vel terra sursum feratur: qui sanè motus violentus est & similis segregationi. Quare discordia potius erit causa naturalis motus, quam concordia. Imo concordia mouebit rem contra naturam. Quod negat Empedocles. concordia ergo & discordia non possunt esse principia motus. Et nisi concordia moueat, nullus erit motus corporum naturalium. Neque quies: quod manifeste falsum est. Rursum contradicit sibi Empedocles. Nam cum intelligeret moueri elementa, dixit, duo esse principia motus, concordiam videlicet, atque discordiam. Adidit deinde, aliquando fortuito moueri elementa. Quod dum asserit fortunam etiam facit motus causam. Quare secum pugnat, Nam omnium motuum causam facit concordiam & discordiam. & quorundam dicit non esse causam: vt eorum motuum qui a fortuna efficiuntur. Quod autem aliquādo temerè fortuitoque elementa moueantur, Empedocles probat, cum corpora dissoluantur, in quibus aderant elementa. Accidit enim nonnunquam, cum dissolutio fit, vt ignis feratur deorsum: tamen magna ex parte in sublimem locum contendat: quod exēplo probat eorum montium qui flammam euomunt: vt ethnæ, in sicilia.

Illud quoque addit, mundum perinde se nunc habere in discordia, ac prius in amicitia. Princeps ergo motor, & mouendi causa quid est? Nam neque amicitia, nec discordia esse intelligitur. Sed cuiusdam motus hæ causæ sunt. quod si est, illud est principium.

Non

COMMENTARIUS.

Non ea solum absurda concedit Empedocles, quæ numerauimus hæctenus, sed etiam plæraque alia: quæ Arist. memorat. quorum illud vnum est. Mundum eo tempe, quo regnat discordia, cum nihil est confusum, sed omnia segregata nõ aliter se habere quam cum omnia erant simul. Quod si sic est, quæ nam est princeps causa motionis? Non enim prima causa est concordia, aut discordia. Nam hæc tantum sunt causæ congregationis, & separationis, si vera est Empedoclis sententia.

Tam illud longe alienum est, animam & elementis constare, aut vnũ aliquod elementum esse. Nam quo modo animæ alterationes erunt? vt sit verbi causa musicus quispiam, rursusque auersus a musis. Memoria quoque & obliuio exemplo esse possunt. Neque enim dubitari potest, si anima ignis sit, quin omnes affectiones, quæ in igne, quæ ignis est habentur, eidem sint effuturæ. Rursus si quid ea mistum existat, affectiones corporales habituram certum est. cum tamen harum nulla sit corporalis. Sed hæc alia questio est.

Illud etiam stultè asserit Empedocles, inquit Arist. animam, vel ex omnibus elementis. Vel saltem ex vno compositam esse. Nam si hoc verum sit, vnde procedent habitus animæ: & mutationes, vt alius sit musicæ peritus. alius imperitus: hic memor: ille obliuiosus? Accedit ad hoc quod si anima ignis, quæcumque igni tribuuntur sit quatenus ignis est, eadem omnia animæ concedentur. Si verò effecta sit omnibus elementis, necesse fuerit in ea esse corporeas affectiones quæ nascuntur ex elementis: at qui nulla anima similes habet affectiones, cum altera, ergo neque ex elementis constat: de hac tamen re inquit Arist. alia questio est. Pertinet enim hæc disputatio ad libros de anima.

Argumentum cap. 7.



Explicatis illis quæstionibus quæ ad ipsa elementa pertinent, incipit Aristot. agere de generatione cæterorum corporum, quæ ex quatuor elementis conficiuntur. Verum de ea re primum omnium, more suo, aliorum sententias refert: confutatque. Quod præstat præsentia capite. Proximo vero rem eandem tractat ex propria sententia.

Cap. 7.

Quod pertinet ad elementa, quibus corpora constituuntur, qui aliquid eis esse commune putant, vel ipsa in se vicissim mutari, hi cum alterum profitentur, alterum fateri conuincuntur.



Vpiter igitur Aristot. tractare eam quæstionem, vtrũ quæ generantur quatuor elementis consent. Accipit tamè in initio, quod qui asserit omnibus elementis aliquam esse subiectam communem materiam, debet necessariò confiteri, elementa in vicem transmutari. & qui hoc asserit, debet similiter alterum asserere. quoniam hæc ratio vicissim retrò commeat, vt si vna sit illis materia subiecta, vicissim transmutetur, & si transmutari possint, habeant materiam communem. Sed animaduerte vnã dici materiam quia potentiam habet suscipiendi quamlibet formam.

Qui ait omnium elementorum materiam esse communem debet concedere, omnia elementa in vicem transmutari. Cur vna diciatur materia.

Qui vero mutuam ipsorum generationem, exque singulis nerari negant, vt ex pariete lateres, in magnos errores incidunt. Nam quomodo caro & ossa & cæterorum quodque ex illis efficietur? Sed neque ijs qui mutuam generationem consententur, est in expedito modum reddere, quo ex elementis aliquid diuersum ab ipsis generatur. Nam si aqua verbi gratia, ex igne generatur, rursusque ex aqua fit

fit ignis, commune subiectum est causa. At caro & medulla cum ex ipsis fiant, quomodo generantur? Certe qui Empedocli astipulantur, ij quem modum reddere valeant, nō video. Cum sit necesse compositionem esse, qualis parietis, qui ex lateribus, & lapidibus constat. Atque hæc mistio saluis elementis, minutim modo inter ipsa collocatis fiet. & adhuc modum caro, & ceterorum quodque generabitur. Sed ignem & aquam non ex quacunque parte carnis generari accidit quem admodum ex vna ceræ parte globus, ex altera exprimitur meta. At poterat ex vtraque parte exprimi figura. hoc igitur ad hunc modum efficitur, ex quacunque parte ambo fiant. quæ res illorum decretis refragatur. Nam vt lapis, & later alius ex alio loco, aliaque parte parietis prodit, sic elementa isti generari fateantur necesse est.

Aburda est inquit illorum sententia qui ferunt elementa commutari posse, negant tamen mutuam ipsorum generationem: sed aiunt ex singulis non aliter nasci corpora, quam ex pariete dissoluto lapides procedunt: fieri enim nullo modo potest vt ex elementis ita cōpositis, & non potius mixtis, & cōmutatis caro fiat vel os, vel quidpiam aliud: quamquam ea etiam dubitatio ad illos quoque pertinet qui concedunt elementa mutuo transmutari, quo pacto ex elementis corpora fiant. Nam licet vnū elementum in alterum transmutari facile possit, vt ignis in aquam: & mutata ratione, quia communem habent subiectam materiam, certe difficile ab his philosophis ratio redditur, qua ex elementis caro, vel os, fiat. Nulla siquidem ratio apparet. Qui autem dicunt non posse transmutari elementa, cuiusmodi est Empedocles, hij sanè efficiendi corporum generationem nullum modum, aut rationem inuenire, aut reddere valent. Fit enim illa coagmentatio eodem modo quo parietes ex lateribus efficiuntur,

atque lapidibus. Nam qui huic opinioni fauent, aiunt, elementa integra manere in compositione: & formas in eadem serua re integras. Conglutinantur tamē inquit, quibusdam partibus minutis: atque ita fit caro: aliaque corporis partes, hoc tamen maximè absurdum est, quoniam alias quidem non ex quauis parte corporis prodibunt, dissolutione facta, omnia quatuor elementa. Sed ex alia parte, aliud elementū generabitur. Quemadmodum ex alia parte parietis lapis prodit: ex alia, lignum: ex alia lateres. Atqui necessarid debemus confiteri ex quauis parte corporis prodire omnia elementa, cum omnes partes mixti, mixtae sint. Et quæuis pars ex quatuor constet elementis. Metam vocat Pyramidem. Et sane ita fit, quod alia parte ceræ exprimi potest globus. alia Pyramis, quæ diuersa figuræ sunt. Tametsi nihil vetet eadem parte ceræ vtramque exprimi figuram. licet nō eodem tempore.

Nec aliter qui elementorum vnā putant esse materiam, illa quæstione hærent, quomodo ex ambobus aliquid fiat. Exempli gratia ex frigido & calido, vel ex igne & terra. Nam si ex vtroque caro constat, nec illorum alterum est, nec rursus fit illis in compositione conseruatis, quid superest nisi materiā esse, quod ex illis existit? Quandoquidem interius alterutrius vel alterum efficit, vel materiam. quia ergo magis minusque tum calidum, tum frigidum est, cum alterum erit simpliciter actu, alterum erit potentia. Cum vero simpliciter secus, sed calidum vt frigidum, frigidum vt calidum, quia quæ miscentur alterum alterius excessus cohibent, tunc demum nec materia existet, nec oppositorum vtrumque actu simpliciter erit, sed medium. Cæterum pro vt virtute magis calidū frigidum ve fuerit, vel ediuerso, ita duplo, triplo ve aut alias calidū aut frigidius.

Est sanè

COMMENTARIUS.

Difficile ex
plicata quo
modo res
generetur.

Est sanè admodum difficile explicare
quo pacto res generentur : atque id iuxta
quamcunque sententiam. Hoc etiam pro-
bat difficile esse, iuxta opinionem illorum
qui aiunt, omnibus elementis vnã com-
mune materiã subiectam esse. Nam si ca-
ro fiat, exempli gratia, ex calore & frigo-
re aut igne, atque terra, neque sit alteru-
trum eorum, neque compositio fiat ex in-
tegris, sed ex mutatis, quid nam relinque-
tur. Sanè nihil, præter materiam : nam vel
vnius interitus erit alterius ortus, vel si v-
trumque corrumpatur, sola materia ma-
nebit. Hoc vero fieri non potest, quam
obrem difficile admodum est intelligere
atque explicare quomodo fiat generatio.

Sententia
Aristot. de
modo quo
ortus sit.

Quam obrem Aristot. confutatis aliorum
sententijs, quid ipse de modo, quo ortus
efficitur sentiat, paucis nos docet: atque
ita, inquit nos sic existimamus, differẽtias
elementorũ contrarias esse: calidum in quã
& frigidum. Humidum & siccum. Atque
illas intendi & remitti, ita vt aliud calidi-
dicatur, aliud minus calidum : ergo si ali-
quod elemẽtum non sit actu calidum, sed
facultate dumtaxat : aliud vero actu etiam
calidum, sit, non poterit permistio fieri, il-
lis ita permanentibus. Quando vero sic se
temperant elemẽta vt primæ ipsorum qua-
litates remittantur : & quasi obtundatur,
ita vt altera alteram non multum exupe-
ret, tunc efficitur medium quoddam: quod
neque simpliciter calidum, neque frigidũ
sit: sed mediam habeat naturam. Ratio est
quoniam formæ elementorum in ipsa mi-
stione non manent actione, sed potestate :
quemadmodum commentario ad caput de-
cimũ superioris libri monstratum a no-
bis est. Quare quod generatur, non est po-
tentia solum, vt materia: neque vnum ali-
quod elementorũ. Sed medium potius
quoddam. Istud autem medium quod ge-
neratur, diuersum quidem est iuxta virtutẽ
rerum permistarum. Nam si virtus ignis
in ea mistione vincat virtutem aquæ, cali-
dum erit. Et tanto calidius quãto vis ignis,
aquæ vim amplius exesserit. Nam si du-
plo maior est ignis vis, duplo calidius erit.
Si triplo, triplo, etiam, & deinceps simili
modo.

Fient autem cetera ex oppositis,
elementis vt, elementa ex illis, quæ

quodammodo virtute sunt. neque
tamen vt materia, sed vt explica-
tum est. Atque hoc quidem modo
mistio, illo materia est, quod effici-
tur. sed quoniam opposita patiuntur,
vt initio disseruimus. Nã quod
actu calet, idem facultate friget. &
quod actu friget, idem potentia ca-
let, idcirco nili sequentur, alterum
in alterum transit. Similisque alio-
rum compositorum ratio esse intel-
ligitur. Ac primum quidem ele-
menta ad hunc modum commutantur.
porro caro & ossa, & quæ sunt
eius generis, ex his fiunt. cum cali-
do frigescente, calescente frigido,
ad medium peruentum est. quippe
vbi neutrum existit, At ipsum me-
dium latissime patet. tantum abest,
vt sit indiuiduum. Pari ratione hu-
midum & siccum, & talia per me-
diocritatem carnem, & ossa, & cæ-
tera id genus efficiunt.

Postquam modũ docuit efficiendæ mi-
stionis, quæ necessaria est admodum ad or-
tum rerum, docet quæ nam ea sint quib-
cetera corpora quæ mixta appellant, fiunt,
consistentque. Atque ita ait, omnia alia, ab
elementis intellige, vel ex mistis iam, vel
ex ipsis elementis conficiuntur; neq; id mo-
do verum est, sed illud præterea, ex rebus
mistis elementa prodire: quoniam ex illis
conficiuntur: & resoluitur vnumquodq;
in ea, ex quibus componitur. Hinc fit vt
quodlibet mixtum sit potestate quatuor
elementa. Non quidem vt materia, sed eo
modo qui est a nobis explicatus superius,
concludit Aristot. hoc modo fieri veram
permistionem: non autem illo quem attri-
gimus paulo antè. Postremò Aristot. eun-
dem modum efficiendæ mistionem expo-
nit, quem vltimo cap. lib. superioris serua-
ri docuit: atq; etiã hoc eodem cap. illũ tan-
git: cũ ait, sed qm̃ opposita patiunt, &c. Cũ
enim contraria omnia patiant a contrarijs,
vt cap. de actione docuim: & illa est ratio,
quia quod est actione calidum, est pote-
state frigidum, quare patietur ab eo quod

Mixta ex
elementis
fiunt.
Ex rebus
mixtis pro-
deunt ele-
menta.

actione

actione frigidum est. Similiter actione frigidum, facultate calidum est: & pati a calido & a potest si potentie & facultates eorum quæ miscentur non sint æquales, illud quod est debilius, transformabitur in id quod est fortius: quæcumque sit qualitas ea quæ exuperat. aer enim admodum debilis, a validiore igne facile transformabitur. Neque ex utroque poterit unum fieri. Si vero potentie sint ferè æquales, & proportionem quandam seruent inter se, aliquod mixtum efficietur: vel caro, vel os, vel quidpiam simile: quod medium est, & utriusque contrariam partem aliquam retinet. Verum istud medium quod permissione efficietur, inquit Arist. non est uniusmodi, sed variis modis efficietur: & aliquando fit magis calidum: aliquando minus, prout contigerit fieri contrariorum permissionem. Idem de humido & sicco sentiendum est, quæ mediocriter temperata, licet modo diverso, modo carnem generant, modo, os, atque etiam reliquas partes.

Ex his colligere licet duo, unum est, quod in mixto non sunt æquales omnes qualitates elementorum: sed aliqua exuperat: hoc constat, quia Arist. inquit ferè æqualia esse oportere, quæ miscentur. Hoc est unum ab altero exuperari nimium non debet.

2. Alterum est, quæ sit causa cur sint tam multa individua in genere mixtorum. Ea est diuersitas temperamenti necessarii ad mixtum generandum: etenim temperamentum quoddam medium, mixtum efficit. Hoc quoniam verum est, iuxta excessum qualitatum illarum quibus constat, & iuxta gradus varios earundem qualitatum, varia secundum numerum mixta conueniunt.

Quæstio.

Vtrum sit aliquod mixtum omnino temperatum.

aliquod omnino temperatum. Verum hæc ipsa quæstio duplicem intellectum habere potest: & uterque nobis initio in medium adduci debet, ut collet apertius, quo sensu quæstio adducta sit. Nam multiplex, nisi distingatur, confusione parit. Hoc vero priusquam a nobis explicetur, paucis aperiamus quid sit temperamentum. temperamentum igitur, aut natura, temperies, aut complexio, nam hæc omnia vocabula pro eadem re vsurpantur, non est quinta quædam qualitas resultans ex quatuor qualitibus primariis: ea siquidem concedi non debet, quia necessaria non est: sed temperamentum est proportio, aut habitudo quædam quatuor principum qualitatum: caloris. v. frigoris, humoris, & siccitatis, per quæ singula corporis membra suas operationes obcunt, atque exerceat, quæ facile mutari possit. Cetera quæ de hac ipsa re dici possunt a medicis petenda sunt: ad quos hæc disputatio pertinet. Proposita vero initio quæstio (ut dixi) duplicem intellectum habere potest: iuxta duas partes corporis temperati: altera est, vtrum sit aliquod corpus temperatum quo ad pondus: altera, vtrum sit ad iustitiam temperatum. Temperatum illud, quod vulgo appellat, quo ad iustitiam, appellatur a medicis temperatum ad iustitiam: vel iustitia: vel tota specie temperatum, non nominis multiplicitate decipiamur. Aliud vero vocatur temperatum pondere, aut ad pondus: aut tota natura temperatum: pondere igitur temperatum illud corpus appellant quod habet æquales gradus omnium qualitatum: tam actiuarum. Quam passiuarum tam momentium, quam motuarum, iustitia vero temperatum illud vocat quod habet optimum statum tota specie. statum ergo duas assertiones iuxta duplex istud genus corporis temperati: vna est. Si de corpore temperato, tota natura, aut pondere loquamur, fieri non potest ut existat in natura rerum. Nam quod quidam air, accidere posse, ut agentia cum patientibus ita componantur, ut fiant æque veloces motus ad frigus & siccitatem, numquam sanè accidit, tamen si nos possumus eam rem animo concipere. Atqui in presentia inuestigamus vtrum re vera aliquando ita contingat: & iterum quod nostra assertio vera sit illa ratio primò persuadet, quia quæ miscentur, debent esse quodammodo æqualia. Nam si omnino æqualia sint, non agent inuicem & patientur: quod est quidem necessarium,

Duplex intellectus quæstionis

Temperamentum

Pondere temperatum

Assertio

Ratio

aliam... Confecta...

Vnde quæstio...



Vmpta occasione ex Arist. verbis qui affirmat, quæ pertinet ad missionem debere esse ferè æqualia. Non tamen omnibus modis: veritur in quæstionem, vtrum sit mixtum

COMMENTARIUS.

vt aliquando corpus mixtū dissoluatur, quod natura sua dissolubile est: at vero si quodpiā sit corpus pondere temperatum, qualitates oēs habere debet æquales, vt ex eius definitione colligitur. Ergo non potest existere in natura rerū tale corpus temperatū, si agētes & patibiles qualitates confideres. nota est cōsequētia: minor etiā aperta: & maior oppositio. Ar. pbat cap. proximo. & cap. vltimo libri superioris. Idem quoq; constat argumēto sumpto a qualitatib⁹ pertinentib⁹ ad motū. Nā cū ille secundæ qualitates sint, a primis ortū habēt: quæ si æquales in eadē re cōposita existere non possunt, neq; secundæ similes omnino erunt: sed ea ratione cōparabuntur qua cōparantur inter se principes qualitates. Accedit ad hoc quod si existeret simile corpus aliquod, dāremus mixtum quod nō possit aliquo motu moueri: quod fieri nō potest. Verū q̄ ita cōtingat inde constare possit: qm̄ in eo temperato corpore nullū elementū exuperat alterū. Mixtū, vero corpus lib. 1. de celo mouet motu elementi prædominātis. Rursum illi corpori nullus locus deberetur: quia in eo grauitas & leuitas æquales sunt. Atqui oē corp⁹ naturale in loco existit vt Aristot. lib. 4. de phys. auscult. demonstrat.

2. assertio.

Secunda assertio est, nihil prohibet dari ali quod corpus iusticia temperatum. Ratio est, quia nihil prohibet adesse debitū toti speciei temperatū. Quod si sit, corpori alicui inerit: atq; ea ratione temperatū erit. Deinde quia in vnoquoque genere est aliquod primum ad quod cætera referantur, quare id etiam accidit in genere temperatū. Verum si existat non durabit diu propter capitales illas inimicitias quas gerunt atq; exercēt inter se elementorum qualitates in mixto. Interim tamen dum adest, perfectissimas illud corpus operationes ædet. Hæc vero dixisse de hac quæstione satis sit: nam vt admonui cætera a medicis sunt requirenda. Contendamus ad alia.

Argumentum cap. 16.



Ræsentit cap. demonstrat Ari. quoduis corpus mixtū quatuor elementis constare, atque effici. hoc em̄ acceperat superiore proximo cap. differens contra

Empedoclem: dixit enim quamuis partem carnis habere in se quatuor elementa.

Cap. 18.

Constant vero omnia mixta corpora, quæcūque medium locum obtinent, ex cunctis simplicibus. Terra enim cunctis idcirco adest, quia in suo quodq; loco maxime & plurimum est.



Statuit igitur Arist. hanc assertionem initio cap. omnia mixta corpora, quæ medium locū obtinēt, id est, quæ aut in terra, aut circa terram, aut supra terrā versantur, ex primis quatuor elementis composita sunt. Hæc assertionē verā esse, pbat, duob⁹ argumētis. Primū argumentū sic tractat, omnia corpora mixta solent in terra, tanquam in proprio loco quiescere, locus vero, & id est, quod in loco est, eiusdem sunt naturæ, aut natura loci præualet, ergo omnia corpora vel in terra, vel circa terram gignūtur. Est igitur terra in omni mixto corpore. Deinde probat aquam etiam adesse cum ait

Omnia mixta media cōstāt quatuor elementis.

Adest vero

Aqua quoniam composita definiiri debent, & simplicium aqua sola definiiri est oportuna. Accedit quod absque humore terra non valet consistere. illa vero humore cōtinetur. vt pote quæ si humorem demas, tandem dilabatur. Atque hæc quidem sunt causæ, quare terra & aqua compositis adsunt.

Nam terra perse, neque continuari potest, neque figuram accipere, nisi aliquid habeat quod eam conglutinet, hoc verò sola aqua potest præstare. Quoniam vt cap. 3. huius lib. & lib. 4. Meteorologorum dictum est, sola aqua vim habet definiendi: & facile potest terminari. Ergo si adest terra necessario aqua etiam aderit. Altera etiā huius rei ratio est, quia sine humore

Adest aqua

more nō potest terra permanere: sed in pul-
uērem abit. Ab humore autem cōtinētur,
adsunt igitur necessariō in singulis corpo-
ribus mixtis terra atq; aqua. Deinde pro-
bat ad esse etiā necessario debere aerem at-
que ignem: illis verbis.

Aer vero & ignis, quia tetrę &
aquę opposita sunt. Nam terra cū
aere pugnat. aqua igni contraria
est. Vtique qua licet substantiam
substantię contrariam esse. Cum
ergo generatiōes ex oppositis fiāt,
adlitque oppositorum alterum ex-
tremum, alterum quoque adsit ne-
cesse est. quo fit, vt in singulis com-
positis omnia simplicia cōtineātur.

Adest aer,
& ignis.

Ratio est, quoniam terra & aqua varia-
ri debet, atque mutari in ipsa rerum com-
positione: ergo a contrario. Siquidem om-
nis mutatio, vt sæpe numero dictum est,
a contrario est in contrarium. aer vero at-
que ignis sunt contraria aquę & terrę. aer
quidem calidus & humidus, terrę frigidę,
& sicca. ignis calidus & siccus, aquę frigi-
dę, & humidę. Ergo vt mutētur aqua &
terra, necessario adesse oportet ignem & ae-
rem, atque ex consequenti sunt in quouis
corpore mixto quatuor elemēta: ignis, aer,
aqua, terra. Verum quia dixit ignem & ae-
rem aque & terrę cōtraria esse, ne viderē-
tur secum pugnare, cum dixerit in catego-
ria substantię, nihil esse substantię contra-
rium: rationem explicat, qui sunt elemen-
ta cōtraria, illis verbis, vtique qua licet sub-
stantiā substantię contrariam esse: non em̄
per se substantia cōtraria est substantię, sed
propter qualitates, quibus constat.

Qua ratio
ne sint ele-
menta con-
traria.

Cui rei singulorum quoque ali-
mentum testimonio esse videtur. om-
nia em̄ ex quibus rebus constant,
ijsdē ipsis aluntur. Alūtur autē cūcta
pluribus. Nam & stirpes, quę maxi-
me solo humore ali videri possunt,
pluribus tamen nutriuntur. Aqua
enim cum terra tēperatur. quo fit,
vt agrorum cultores, miscendo ir-
rigare curent.

Eandem sententiam alio quoque argu-
mento probat, quod ab ipso rei nutrimen-
to sumit: & ita concluditur: ex eisdem om-
nia nutriuntur, ex quibus sunt constitu-
ta: nutriuntur autem omnia quatuor ele-
mentis: ergo quatuor elementis constant.
Discursus legitimus est, maior illa ratione
probat, quoniam nutrimentū in eius na-
turam transit, quod nutritur, quam obrem
eandem materiam in se habet. Nam altoqui
non trāsmutaretur in eius naturam, quod
nutritur: minor probatur ab Arist. sumpto
argumento ab stirpibus quę maximē viden-
tur aqua nutrirī: & omniū minimē ceteris
elementis. quamuis enim stirpes quę nascū-
tur ex terra, sola aqua nutrirī videant, sem-
per quidē terra cū aqua coniuncta plantas
alit. Hoc pbat ex agricultura. Rustici em̄
aqua admixta terrę plantas solent rigare:
& fimo addito lætas pinguesq; reddere. Si
autem nutrimento adest terra & aqua, neces-
sarium est, vt adsint etiam duo alia elemen-
ta aer & ignis: propter illameausam, quam
Paulo ante reddidimus: sunt enim contra-
ria: & omnis mutatio ex contrario.

Syllogis-
mus.

Sed quoniam alimentum perti-
net ad materiam, & quod nutritur,
cum materia sumptum forma est,
& species, idcirco simplicium cor-
porum, quę omnia alterum ex alte-
ro vicissim generantur, optima ra-
tione solus ignis alitur. id quod pro-
didere priores. quippe cum ignis tā-
tum, potissimumque ob aptitudinē,
qua fertur ad terminum, speciem
atingat. porro singulis est a natu-
ra tributum, vt in suam quodque
regionem ferantur. forma vero &
species omnium in terminis sunt.
Ac singula quidem corpora ex cun-
ctis simplicibus constare satis ex-
plicauimus.

Ex superioribus colligit Aristot. veluti
cōlectariū quoddam, illud est, quod inter
elementa ignis maxime nutrirī videt. cau-
sa est, quoniam nutrimentum habet rationē
materię: materię enim propriū est nutrirī.
id vero quod nutritur, est veluti forma, &
species materię coniuncta. Solus autē ignis

Inter ele-
mēta ignis
videtur ma-
xime nutri-
ri.

COMMENTARIUS.

inter elementa videtur habere formæ rationem. Quare solus ignis inter elementa nutriri videtur. Hoc primum antiquorum testimonio probat Arist. qui ita existimauerunt. Deinde etiam illo argumento quod naturâ suâ semper feratur in sublime: hoc est ad terminum: & quasi formam suam. Nam forma & species vniuscuiusq; in termino existit. Illud vero quod superiorem locum occupat, si ad inferiora comparatur, sine dubio formæ rationem habet. Talis est ignis, merito igitur habet rationem formæ, & præ cæteris corporibus simplicibus nutriri videtur. Deinde epilogum facit, dicens, ex superioribus constare omnia mixta corpora ex quatuor elementis confici.

Observatio Observandum tamen est hoc loco non esse Arist. in ea sententia, vt credat verè, & propriè ignem nutriri, cum solum ea nutriantur quæ prædita sunt anima, vt secundo lib. de anima cap. 4. docet Arist. nutritio enim prima facultas est animæ vegetalis: sed quòd vi letur præ cæteris nutriri.

Solum ait Idem quoque testatur lib. 2. de anima cap. citato. Cætera etiam elementa per iuxta positionem crescunt, sed nutriri maximè ignis videtur & ali: seruarique iniecta in eum materia; quod perspicuè fit exemplo olei.

Quæstio.

Vtrum verum sit quod Aristot. inquit, omne corpus mixtum ex quatuor elementis constitui debere.



Satis esse poteratque Arist. superiore cap. de hac quæstione disputauit, nisi scrupuli aliquot restarent qui nos male habere possunt: illos, vt examinamus animò, superioribus pauca quædam adijciemus, quæ, nisi me fallit animus, non erunt infrugesera. Primum autem omnium oportet meminisse, Cum inquit Arist. proximo cap. quod vis corpus mixtum debere confici quatuor elementis, eo sensu eius sententiâ esse accipiendam, qui est a nobis explicatus, cum diffiniremus quæstionem illam, Vtrum ele-

menta maneant in mixtione, an potius virtutes tantum elementorū. Eo enim loco dixim⁹ solū manere in mixto virtutes & qualitates elementorum, reductas ad medium quoddam. Verū sæpe numero ab Arist. atque alijs grauissimis hominibus, elementa pro qualitatibus elementorū vsurpant: quod accidit præsentī loco. atq; etiâ superius est a me obseruatū. Singula verò mixta ex quatuor elementis necessario conficienda esse, duæ illæ rationes demonstrant quas Arist. attulit, quæ quā sunt a me eo loco explanatæ, superuacaneum fuerit easdē inculcare.

Verū aduersus istam sententiâ in primis sic obijcio, ex duobus tantū elementis mixtū confici potest, ergo assertio falsa est. Nota est consequentia. Antecedens vero probatur quoniâ ex qualitatibus duorū tantū elementorū temperamentū quoddam effici potest: quod quatuor constet qualitatibus. Ergo & mixtum. Probo antecedens: si enim ignis calidus atq; siccus agat in aquam frigidam & humidam poterit calor ignis temperare frigus aquæ: & temperari ab eodē. Rursum siccitas ignis temperare humore aquæ, & ab eo temperari: quare manebunt quatuor principes qualitates, reductæ ad mediocritatē: atq; ex consequenti mixtum conficietur. Quòd si ex duobus elementis mixtū corpus generari potest, multò melius ex trib⁹ generabit. Hæc obiectio statim a nobis est

Solutio. diluenda. Nullo etenim modo euenire potest vt ex duobus, vel tribus tantum elementis mixtū corpus oriatur. Nam vel duo illa elementa cognata sunt, & similia: vel dissimilia: si cognata, si alterū fortius est vertet aliud in suâ naturâ: vt ignis acrem: aut contra. Si vero equalia sunt nullam actionem ædent solum quia sunt æqualia. At vero si omnino contraria sunt distinctio adhibenda est. Nā vel vnum alterum exuperat duabus qualitatibus. v. nulla, vel altera tantum: si nulla vincit non ædetur actio. si vtraque qualitate alterum exuperatur, vertetur in naturâ eius a quo vincit: si vero elementū altera qualitate superet, altera exuperetur, nõ efficiet mixtū, sed generabit tertium quoddam elementū, iuxta naturâ earū qualitatū quæ seruatur integre: interdū aer, interdū terra. quare ex duobus elementis nunquā cõtingit vt mixtū corpus generetur. Multo minus fiet ex trib⁹ elementis. semper enim in trib⁹ elementis erūt aliquot, quibus insit similis qualitas, quæ tertium absumet. atque dissipabit.

Elementa pro qualitatibus vsurpantur interdum. Contra sententiam Arist. 1. Ratio.

Secunda ratio. bit. Oportet igitur vt adsint quatuor elementa.

Confirmatur. Secundo obiectio, aliqua mista sunt, quę non efficiuntur ex quatuor elementis, neque ex eorum virtutibus, ergo assertio defendi non potest. Etenim igneę impressiones, vt comete, capre, aliaque id genus solum constāt igne, & terra. Humide vero vt nubes, aqua, & igni. & confirmatur, quia sub ipsis aquis quaedam generantur, si ne igne tamen. Nam vel eo nō potest ignis pertingere, v. si peringat vi frigoris aquę nullo negotio extinguitur. Hęc obiectioes facile a nobis dilui poterunt, si dicamus,

Soluitur. in his omnibus necessariū adesse virtutes elementorum omnium. Nam in his quę sub aquis fiunt, adest etiam calor, qui igni debetur primo. Siquidem eo vtique pertinet. Non corrumpitur autem a frigore, quoniā a forma substantiali eius rei, in qua inest cōseruatur. Altera ratio soluitur si dicamus in presentia haberi sermonem, non de quibusuis mixtis corporibus, sed solū de perfectis, ea vero quę in sublimi gignuntur perfecta non sunt, sed imperfecta potius: & referunt quodammodo naturam elementorum. Cetera omnia quę de hac questione tractari solent, consulto missa facio, contēdamus iam ad reliqua explicanda.

Argumentum cap. 9.



Peracta elementorum disputatione ed reuertitur Arist. vt generaliter tractet de causis ortus, atque interitus, de quibus dixit esse sibi differendum primo cap. superioris libri: eisdem præterea explicatis perspicuum erit quę nam causę sint generatiōis corporum imperfectōū, quorum in Meteorologicis naturam atque ortum persequitur: atque etiam corporū perfectorum quorum ortum exponit in libris de animalibus & plantis atque mineralibus.

Cap. 9.

Sed quoniam nonnulla generari, eademque rursus interire apta sunt

sunt, estque in medio loco generatio, quot & quę sunt omnes generatiōis causę pari ratione dicere est operę præteritum. Nam cum primum de vniuersis in commune differuerimus, facilius erit, singulorum cōsideratio.



PA igitur initio sententia ab Arist. fertur, operę præteritum est dicere quib; & quę sint causa omnis generatiōis, quādoquidem sunt quaedam quę generari solent, atque corrumpi. & ipsa generatio contingit in loco medio, nempe in terra, nam terra medium mundi est. Rationem illam Arist. reddit, cur vniuersę, atq; generaliter disputari debeat de causis atque principijs rerum quę generantur & corrumpuntur, quoniam si prius generalem sermonem habeamus, facilius deinde singula persequi poterimus, & tractare. Sunt enim notiora nobis quę sunt generalia cap. 1. lib. 1. de phys. auscult. & est sane procedendum a nobis notioribus, ad ea quę naturā simpliciter quę nota sunt: vt ex eodem cap. constat. & quoniam vt. 7. cap. eiusdem lib. scribit philosophus communiū contemplatio debet antecedere priorum contemplationem.

Tot igitur causę eiusdemque generis sunt in caducis rebus & mortalibus, atque in sempiternis & primis.

Dixit vniuersę de causis eorū quę oriuntur & intereunt, esse differendum: super est vt numerum doceret. Hunc vt constitueret, accipit Aristot. in rebus quę generantur & corrumpuntur totidem numero esse principia, quot sunt in rebus æternis: & quę corrumpi non valent. Ceterum cum totidem numero principia esse inquit de generalibus principijs loquitur. Siquidē generalē se habiturū orationē dixerat. Non de proprijs aut proximis. Hęc em nō oportet totidem esse numero, quot vero illa sine paulo inferius demonstrat, neque solū totidē numero principia sunt in æternis rebus

13. & ca-

COMMENTARIUS.

& caducis, sed præterea, ea principia sunt eiusdem generis: quæ vero hæc principia sicut, subiungit Arist. illis verbis.

Est enim vna ceu materia, altera velut forma.

In æternis rebus quæ existant principia,

In rebus æternis tria existunt principia, materia videlicet, forma atque efficiens, eodem etiam in caducis rebus, & quæ oriuntur & occidunt reperiuntur necessario.

Obiectio.

hac parte, illo nomine: quod æternis tria adesse, principia testatur, quæ numerauimus. Atqui prima causa, & intelligentiæ non habent materiã, aut formam, sed simplices quædam substantiæ sunt, ab omni materia sece alienæ: atque abiunctæ. Verum dicendum est quod Arist. non inquit, omnibus æternis rebus tria illa principia in esse,

Soluitur.

in rebus æternis tria principia in esse, sed reperiuntur quidem in rebus æternis ait, quod sane verum est: nam corpora cælestia æterna, perpetuaque cum sint, materiã habent atque formam, tanquam principia. De inde causa quædam adest æterna, quæ cælos perenni agitatione in orbem agit, videlicet intelligentia orbi coniuncta.

Verum dicendum est quod Arist. non inquit, omnibus æternis rebus tria illa principia in esse, sed reperiuntur quidem in rebus æternis ait, quod sane verum est: nam corpora cælestia æterna, perpetuaque cum sint, materiã habent atque formam, tanquam principia. De inde causa quædam adest æterna, quæ cælos perenni agitatione in orbem agit, videlicet intelligentia orbi coniuncta.

Obiectio.

Sed occurrit statim alia difficultas, nam etiam si hoc sensu dictum sit ab Arist. tria in æternis principia reperiuntur, falsum esse profecto videtur, quod addit, hæc ipsa principia eiusdem esse generis in æternis, atque caducis rebus. Siquidem materia corporis cælestis non est eiusdem generis & rationis cum materia rerum corruptibilium, ut monstrabimus paulo inferius. Vel illo nomine quod coniunctam non habeat priuationem formæ, accedit etiã ad hoc, quod ut inquit Arist. corruptibile atque incorruptibile plusquã genere differunt. Ergo principia corruptibilis & æterni differunt plusquã genere. Nam quia ratione totum ad totum adfertur eadem afficiuntur. Partes totius ad alterius partes cap. 1. lib. 1. de historia animalium. Hæc tamẽ difficultas soluitur, si dicamus, eiusdem generis appellari hæc ipsa principia, quoniam proportione quadam conueniunt. Nam rerum æternarum, & caducarum materia formam in se continet. Et forma atque materia per se corrumpi non possunt: ob eam igitur causam hæc principia eadem genere esse dicit.

Soluitur.

Quibus tertiam quoque addere necesse est. Neque enim duæ generando sufficiunt. vt ne in primis quidem satis sunt.

In æternis, vt constat, tria illa principia existunt quæ numerata sunt. in caducis vero duo adesse dubium sanè non est. Est enim materia, atque forma. Quod autem ad sit etiã tertium aliud principium, & causa necessario hoc loco probat a simili sumpto argumẽto: nam quemadmodum in æternis duo illa principia, materia inquam & forma satis non sunt ad mouendum: sed necessarium est vt ad sit aliquod principium mouens, ne pe intelligentia, ita quoque in rebus caducis duo illa principia dumtaxat, materia videlicet atque forma generare non possunt, nisi ad sit quoddam tertium principium, quod vim habeat efficiendi. Deinde docet Arist. quo nam pacto in rebus generabilibus hæc ipsa, sint principia. atque ita ait, quod in his quæ generabilia sunt, materia est causa, atque principium cur esse, & non esse possint. Forma vero est causa cur res oēs sint, id quod sunt. Causa denique effectrix illa est quæ mutat materiam: & facit vt formam suscipiat actione, cuius suscipiendæ facultatem solum habebat.

Quod igitur esse & non esse potest, id generabilibus quasi materia causa est. Nam rerum quædam necessario sunt, vt sempiterna. quædam necessario non sunt. Et vt illas non esse est impossibile, sic fieri non potest, vt hæc sint. enim res contra se habere nequeant, quam est necesse. sunt tamen alia, quæ & esse & non esse possunt, quæ sunt & generabilia, & mortalia. quippe quæ modo sunt, modo non sunt. vt sit necesse, ortum & interitum circa id versari, quod vt esse, sic non esse ualet. quamobrem hoc velut materia generabilibus causa est, forma vero & species, quasi id cuius gratia. Et hæc est cuiusque substantia & ratio.

Vt me-

Tria rerū
genera.

Ve melius doceat quam vim habeat materia, quā forma, quam etiam efficiēs causa in ipso rerū ortu, apperit Ari. nobis quę sit natura generabilium, & corruptibilium. Ad id efficiendum, rerum omnium diuisione inest: tria inquit sunt genera rerum. Alia enim necessariō sunt, cuiusmodi sunt res æternę, vt cali. Alia necessariō nō sunt: cuiusmodi est mons aureus, aut ebura: & cetera: oēs res quę esse non possunt, tertium gen^{us} est earū rerū, quę esse possunt: atq; nō esse. Id genus sunt res generabiles & corruptibiles. Ergo generatio in his rebus versatur quā modo sunt, modo nō sunt: in his autē rebus quę modo sunt modo nō sunt, principiu illud vnde facultas nascit, vt esse & nō esse possint, materia est, vt diximus. Principiu vero quod rei perfectionē tribuit, & facit verā aliquid sit species appellat, atq; forma, quę est ppria vniuscuiusq; rei natura. Propterea necessarium est vt præter hęc duo addit etiā tertiu quoddā principiu quod habeat vim mouendi materiam, atque illam ex potestate deducat in actū: hoc significat Arist. cum inquit,

Cæterum tertiam causam etiam num adesse oportet. quam vt omnes somniant, sic explicat nemo. Alijenim formarum naturam causam esse tradunt. quę generatio- ni sufficiat. vt Socrates in Phædone. qui in ceteros inuectus, quasi nihil pro sanis dixissent, illud ponit, rerum alias esse formas, alias formarum participes, & singulas, cum eę per formam esse dicantur, gigni concipiendo, interire per reiectionem. quę si vera sint, formas tum ortus tum interitus necessario causas esse.

Aitq; de isto tertio principio quod vim mouēdi, atq; efficiēdi haber aliquid attigerūt velut per somnū veteres philosophi. ne mo tū eorum assequutus est, vel explicuit, quod nā illud principiu esset aut quale. hoc demōstrat Arist. procedēdo per singulas eorū opinōes. In primis verō refert Platonis sententiā, quam in persona Socratis in dia-

logo qui Phedō inscribitur, exposuit. Ille enim existimat naturā idearū sufficientem causam esse generationis. Nam cū loco citato alios philosophos reprehēdisset Socrates, q̄ de efficiente causa nihil cōsentaneū rationi dixisset, supponit ille huiusmodi rerū diuisionē. Ex rebus, quædā sunt quę species atq; idē dicunt, alię vero sunt, quę formas participant, & ideas. Addit deinde, vnā quamquā rem esse propter suā spetiem, atque idam. Efficitur autē vnūquodq; qm̄ ideā assumit, interit vero quoniā ideam amittit. Vnde planē colligit, Platonis iudicio, ideas ipsas causam esse ortus atque interitus. Concipere vocat, ideam accipere. reiecere vero ideam amittere.

Concipere
reiecere;

Alij ipsam materiam causam esse putant, aqua motum proficisci. Sed praua est vtrorūque persuasio.

Fuerūt alij, inquit Arist. qui existimauerūt, materiā esse principiu efficiēdi: & ab eamotū proficisci. Illa enim cum aptē disponitur, & qualitibus quibusdā informat, rē, aiunt, p̄ducit, atq; gignit. Vtrāque tamē opinionē falsam esse testatur Arist. illis verbis. sed praua est vtrorumq; persuasio, Platonis inquā, atque eorū qui asserūt materiā esse principiu efficiēdi. Primum autē Platonis sententiā refellit, quod facit cum inquit.

Nam si formę causę sunt, cur cum semper sint & formę & formarum participia, non semper sine intermissu gignunt, sed modo gignunt, modo uacant a generando. Accedit, quod in quibusdam aliquid aliud consideramus. quod in causa est. Nam medicus sanitatem, doctor scientiam ingenerat. cum tamen & sanitas ipsa, & scientia & participia existunt. Nec est dissimilis ceterorum ratio, quę per facultatem aguntur.

Rationem hanc contra Platonem adducit: si ideę essent principiu generandi, semper & continenter res generarentur.

Veteres
ph. aliquid
attigerunt
efficientis
causę.

COMMENTARIUS.

tur, hoc vero non ita contingit: ergo ideæ causa non sunt efficiendi ortum atque interitum. Ratiocinatio legitima est: & minor aperta, ut cõlat, maior probatur, quia cum ideæ sint semper eadem, & eodem modo se habeant, sunt enim æternæ: & præterea semper subijciuntur ea quæ naturam idearum possint participare, atque suscipere, nulla sanè causa est cur vno tempore res generentur, alio vero nequaquam. Secundo refellit hanc eandem sententiam eo loco, accedit quòd in quibusdam, &c. Ratio vero quæ id facit sic habet. In his rebus quæ sensu percipi possunt aliam cernimus causam atque principium efficiendi præter ideam, ergo idea non potest purari generalis causa efficiens rerum omnium. Nota est consequètia, & antecedens persuadetur, quia licet sit id ea bonæ valetudinis atque scientiæ, & sint ea quæ participare ideam possint: medicus ægroto corpori bonam inducit valetudinem: & magister peritus scientiam docet discipulos: atque in cæteris simili modo. Participia vocat res subiectas, quæ suscipere atque participare possunt ideas.

Participia.

At si quis materiam per motum generare asserat, is quam sic dicentes naturam magis attingat. Nam cum generationis causam alteranti potius, & figuram varianti tribuitur, tum etiam in cunctis rebus vel naturalibus, vel artificiosis, quod virtutem habet mouendi, hoc efficiens appellare consueuimus. Sed ne hi quidem recte opinantur. Nam pati & moueri materiæ est. mouere & efficere ad alteram pertinet facultatem. Declarant hoc opera tum artificiosa tum naturalia, Neque enim ex se vel aqua ipsa animal gignit, nec lignum efficit lectum, ut qui ab arte potius efficiatur.

Hoc loco refellit opinionem illorù hominum qui materiam faciebant principium efficiendi: prius tamen, ut ex comparatione constare possit absurditas sententiæ Platonis, hanc, cum illa comparat: atq; eos

qui autores fuerunt huius opinionis magis aptè, accommodatèque fuisse loquutos, quam qui superiorcm sententiam protulerunt: quoniam illud potius generandi causa est, quod transmutandi & transformandi in se cõtinet: cuiusmodi est materia. Nã in omnibus rebus quæ vel a natura, vel ab arte proficiuntur id solemus efficiens vocare, quod transformandi vim habet. Sic autem dicentes ineligit Socratem Platonem atque alios qui patrocinantur superiori sententiæ.

Sed quamquam magis accommodatè isti autores loquantur, qui materiam atunt efficiens esse principium, profectò non rectè sentiunt. Nam materia & efficiens nullo modo idem esse possunt. Ratio est quia materia est patiendi principium, atque causa: efficiens vero est principium mouendi, atque agendi. rem probat Aristot. subiectis exemplis earum rerum quæ ab arte, & earum similiter quæ a natura proficiuntur. Nam aqua, quam Thales Milesius principium facit, per se animal generare non potest. Nisi alia vis efficiendi adsit. Neque lignum: quod est lecti principium, potest lectum facere nisi accedat ars. Secundum absurdum ad quod Aristot. deducit huius sententiæ autores explicatur illis verbis.

Ita isti non ob hoc tantum perperam dicunt, sed quia essentiam rei formamque tollentes, potiorcm causam prætermittunt. Quin & corporibus reddunt generandi facultates, per quas nimium instrumentaliter generant. causam formæ submouètes. qui quod calidum secernere, frigidum concernere aptum sit, & cetera singula partim agere, idonea sint, partim pati, idcirco alia cuncta ex his, & per hæc tum gigni, tum aboleri affirmant. At ignis ipse & moueri, & pati cernitur. Ad hæc isti simili errore versantur, ac si quis ferrè, & cuique instrumento rerum efficiendarum causam referant. quoniã ad ferrandum ferrum necessaria est. Leuiga culum ad leuigandum. Simili ceterorum

ratione.

ratione. Ita si considerant, quod ignis maxime & facit, & mouet, parum tamen perspiciunt, quomodo mouet. neque intelligunt perius mouere, quam instrumenta.

Illud est. istos autores quos retulit iam, non solum increpandos esse, ob hoc. x. quia materię tribuunt, quod est proprium causę efficientis, sed etiam quia optimam & præstantissimam omnium causam tollunt. Nempe formam: quę est vniuscuiusque rei natura: ratio est quia eum isti autores ponant in materia vim efficiendi formam: & ipsa materia nullo modo possit se ipsam ex facultate in actum extrahere, atque deducere, nunquam forma erit quę est omnium causarum præstantissima. & confirmatur hæc eadem ratio ab Arist. cū ait, *Quin & corporib⁹, & c.* Hic enim homines materię, quę subiecta est corporibus, tribuunt facultates qualitatum patibilium: & per eas tanquam per instrumenta existimant fieri generationem: aiunt enim calorem naturam suam habere vim disgregandi frigus congregandi. Præterea ferunt aliorum omnium eam esse naturam, vt aliud agat, aliud patiatur. Ex his vero & propter hæc aiunt cætera omnia generari, & corrupti. interim tamen præmittunt causam formę: quę optima est & præstantissima. Deinde maxime decipiuntur. Hoc ita probat, quia causa quę vim habet maximam efficiendi, nihil patitur, vt constat. Ignis vero qui ab his philosophis dicitur habere maximam vim mouendi, non solum agit: sed etiam patitur a suo cōtrario, vt monstratum est superius: postremò confutat hanc eandem sententiam quia dum eius autores ferunt, materię inesse mouendi vim quia qualitibus quibusdā infecta est, atque informata, instrumentis tribuunt vim mouendi: quod est maxime absurdum. Nemo enim dixit terram secare, quia necessaria est ad secandum. Neque Leuigaculum leuigare, quia ad leuigandum est necessarium, tanquam instrumentum. Ergo licet qualitates illę, calor, frigus, humor, & siccitas ad agendum sint necessariae, nempe ad calefaciendum, frige faciendum: congregandum, aut disgregandum, nemo recte dicet habere vim mouendi, sed vim mouendi alteri causę tribuet, nempe qualitibus

illis velut instrumentis.

Formam appellat Arist. in præsentia optimam & præstantissimam omnium causarum: tamen finis præferri formę solet: quoniam ipsa forma forma est, & supplet vicem finis atque efficientis secundo phy. cap. 8. & lib. 2. de anima: atque ita epilogus quodam Aristot. concludit disputationem.

Verum videtur falsum esse quod Aristot. inquit, ad generationes rerum efficiendas necessaria esse tria principia, materiam, formam, atque efficiens: duo siquidem videntur esse satis: nam si materia infecta sit qualitibus, eisdemque disposita statim inducitur forma in materiam: & cōpositū generatur: ergo efficiens non est necessarium. dicendum est, si materia sit vltimis dispositionibus infecta statim cōpositum generari. Sed nō inde recte colliges, non esse efficiens necessarium. Est enim necessarium, vt cætera taceamus. ad materiam disponendam: atq; informandam illis qualitibus, quibus ipsa vacat natura sua.

Secundo videtur pugnancia dicere Aristot. siquidē hoc cap. testatur qualitates principales pertinere ad materiam, lib. vero secundo de phys. ausc. inquit, illas non ad materiam, sed ad instrumenta referendas esse tollitur pugnancia. quia instrumenta agendi putari possunt. Medijs enim illis elementa agunt, & præterea ad materiam referuntur, si illas consideremus qua ratione materiam disponunt: aptamque reddunt, ad formam suscipiendam. & simul cum ipsa patiuntur materia.

Quæstio.

Vtrum res æternę efficientem causam habeant?



Nulla quæstiones explicandę nobis sunt, vt Arist. sententia paulo superius cōmmentarijs nostris illustrata. plenius cōstatere possit. Ex earum numero illa est, vtrum æterna causam habeant efficientem. sumpta est occasio ex verbis Arist. qui initio hu-

COMMENTARIUS.

ius cap. probat, caducis rebus tria principia inesse, materiam, formam, atque efficiens: quia totidem adiunt æternis: & nunquam perituris rebus. Quod autem æternorum non sit efficiens principium, ut celestium corporum, intelligentiarum, atque aliorum similium, sic probatur, si æterna causam haberent efficientem essent effecta, si effecta essent, vel creatione, vel generatione efficerentur: nullus enim alius modus superpetit, rem quampiam efficiendi: neutro tamen modo fieri possunt æterna. primum, quia cum æternitate pugnat factum esse. Nam si factum est, non erat antequam efficeretur: quare neque erat æternum. Deinde creatione effecta non sunt, quia quod creatur effici debet ex nihilo, at ex nihilo nihil fit, iuxta Arist. sententiam, ergo creatione fieri non potuerunt. Neque generatione, primum, quia ut dixit Arist. superiore cap. quæ generantur, possunt esse, & non esse. Sunt aliquando & aliquando non sunt. Ergo non sunt æterna, quia æterna sunt semper. Item, quia omnem ortum antecedit alteratio: omnis alteratio in tempore fit, est cum motus: ergo fierent æterna in tempore, quod pugnat cum ratione æternitatis. Rursum causa efficiens est primum principium motus, ergo si causam habent efficientem, habent principium motus. Motus vero fit in tempore, ergo efficerentur illa etiam in tempore. Philoponus cõpendio se magnis molestiis liberauit. Dixit enim æternorum causam esse conseruantem dumtaxat. & hanc ipsam causam appellari ab Aristot. causam efficientem. nobis tamen Philoponi sententia non potest villo modo probari: quoniam pugnat cum Arist. sententia. Quam obrem iuxta sententiam Arist. nos ita existimamus: rerum quarundam æternarum causam esse efficientem. Aliquarum dixi, nam primam causam, quæ æterna est, Arist. 8. lib. de phys. auscult. lib. 12. de prima philosophia. lib. de mundo ad Alexandrum. & plurimis alijs locis autorem rerum cunctarum facit, neque eius ullam causam statuit. Sed primam causam ob eam rem vocat. Iuxta religionem christianam, quæstio etiam adducta dubia non est: quoniam cælos, & angelos, & cætera omnia præter deum optimimum in tempore scimus esse confecta. Quare solum quæstio referenda est ad Ar. quem asserimus putasse, quasdam res, quas ille æternas vocat, habuisse causam effici-

tem. Sunt id genus corpora caelestia, intelligentiæ, & humana mens: hoc primum conitatur verbis eiusdem præsentis loco cum inquit, rerum caducarum, atque fragillium, quales illæ sunt quæ generantur & corrumpuntur, tot esse numero causas, quot æternorum: sunt autem illæ tres. Quarum tertia est efficiens. Secundo id conitatur eiusdem Aristot. testimonio cap. 9. l. b. 1. de cælo. ubi aperte asserit, a deo pendere omnium esse, & viuere: hoc est ut sint & conseruentur omnia. Deinde hac ratione persuadetur sententia, æterna habent substantiam, atque naturam: ergo vel a se, vel ab alio: non a se, quoniam iam diuinam naturam sortiti essent: deus enim solus a nullo habet, neque habere potest ut sit, ergo habet esse ab alio. Atque ex consequenti efficientem causam habent. Si quæras quo nam pacto effecta sunt æterna, iudicio Arist. dici potest, Quod nonnulli etiam serunt, æterna effecta esse, non creatione, neque generatione, sed per simplicem emanationem: & quæ ita efficiuntur, necessarium non est, ut aliquando non fuerint. Quare rationes superiores, si ita dicamus, nullam vim habent. mihi vero non improbabile videtur cepisse æterna: cælos videlicet atque intelligentiis creatione: quæ vero ita effecta sunt, non oportet existimare non fuisse aliquando: creationem vero non omnino negat Arist. sed vim creandi adimit naturalibus agentibus, quoniam ad eam rem, opus est virtute infinita, quæ nulli agentium naturalium concessa est. verum ea vi infinita prima causa est prædita iudicio etiam Arist. ut ex nihilo, id est sine aliquo subiecto, vel materia rem possit efficere: & cap. 3. lib. 2. de generatione animalium, cum de ortu agit humanæ mentis, non videtur Arist. ab horrere a creatione: hoc igitur modo: quodam tenus quæstioni sit satisfactum, de qua plura diximus in epistola ad Genesium quæ vna cum apologia Arist. in vulgus a nobis data est.

Quæstio.

Vtrum diuersa sit materia cæli a materia rerum generabilium & corruptibilium.

Sum-

Prima ratio quod non sit efficiens æternorum.

id est

id est

id est

id est

Philoponi sententia.

Refellitur.

Nostra sententia.

Sententia Arist.

Quo pacto effecta sunt æterna, iudicio Arist. dici potest, Quod nonnulli etiam serunt, æterna effecta esse, non creatione, neque generatione, sed per simplicem emanationem: & quæ ita efficiuntur, necessarium non est, ut aliquando non fuerint. Quare rationes superiores, si ita dicamus, nullam vim habent. mihi vero non improbabile videtur cepisse æterna: cælos videlicet atque intelligentiis creatione: quæ vero ita effecta sunt, non oportet existimare non fuisse aliquando: creationem vero non omnino negat Arist. sed vim creandi adimit naturalibus agentibus, quoniam ad eam rem, opus est virtute infinita, quæ nulli agentium naturalium concessa est. verum ea vi infinita prima causa est prædita iudicio etiam Arist. ut ex nihilo, id est sine aliquo subiecto, vel materia rem possit efficere: & cap. 3. lib. 2. de generatione animalium, cum de ortu agit humanæ mentis, non videtur Arist. ab horrere a creatione: hoc igitur modo: quodam tenus quæstioni sit satisfactum, de qua plura diximus in epistola ad Genesium quæ vna cum apologia Arist. in vulgus a nobis data est.

Nostra sententia.

De creatione sententia Arist.



Vmpta occasione ex verbis Arist. qui superiore proximo cap. testatur, tot esse principia caducorum, quot eternorum, & preterea generis eiusdem: ratio postulare

videtur, ut illam questionem exerceamus, vtrum materia cæli, & horum inferiorum materia, eadem aliquo modo sit, an potius omnino diuersa. Nam vnum ex tribus illis principijs quæ ait Arist. eiusdem generis esse in caducis atq; eternis materia est. Primū verò videtur quòd eadē sit materia, Arist. iudicio loco citato, cū ait, materiam formā, & efficiēti in eternis eiusdē esse generis materia, forma, & efficiēti rerū generabiliū & corruptibiliū. Secundo, cælum agit in hæc inferiora, vt plane constat, agēs vero atque patiens oportet vt habeant eandem materiam communem, ergo cælōrū, atque horum inferiorum eadem est materia. Tertio, in vnoquoque genere est vnū primum ad quod cætera referuntur, ergo & in genere materia. Quare si omnes materiae ad vnā referuntur, erunt vnum omnes materiae. Quarto probatur, quia si materia diuersa essent, cum de materia differit Arist. lib. 1. de phys. auscult. diuersis diffinitionibus vteretur quibus diuersas materias explicaret, atque vnica est materiae diffinitio, primum inquam subiectum, ex quo res sit, ita vt insit, ergo omnis materia eadem est ratio. Quinto, si aliqua causa esset materia cæli, & horum inferiorū non essent eiusdem rationis, illa esset maximè, quòd materia horum inferiorum continet in se quatuor tagibiles qualitates primas, cælum autem minimè. Hoc vero in causa esse non potest: siquidem in cælo videntur esse eadē qualitates, quando quidē illas efficit in his inferioribus: nemo enim dat quod non habet.

Nos tamen his rationibus non obstantibus, statuimus hanc assertionem, materia horum cæli & materia rerum generabiliū & corruptibiliū non sunt eiusdē generis, neq; naturæ eiusdem. hæc assertio multis argumentis conuinci potest: primum est. Illa sunt diuersa, quorum sunt attributa diuersa, materia cæli, & materia horum inferiorum conueniunt attributa diuersa, ergo sunt proculdubio diuersa. minorē probo, quia

cætera manifesta sunt. Etenim materiae cæli conuenit semper esse actū: materiae horū inferiorum hoc non conuenit. Sed quandoque actu est, quandoque potentia. Materia cæli nunquā potentia est: quoniam formam illam quam semel suscepit, abijcere non potest: & hoc est quod dico semper esse actū. Nam simpliciter quæuis materia semper actu est. Quia nunquam existit sine forma. secundum argumentum. Materia cæli non habet coniunctam priuationē, quia nunquam formam abijcere potest, quam semel suscepit. Materia rerum caducarum priuationem coniunctam habet, eius formæ qua destituitur, & quam suscipere nata est, ergo diuersa est vtraque materia. Tertium argumentum. Materia horum inferiorum est causa generationis & corruptionis, vt superiore proximo cap. probatū est ab Arist. materia vero cæli causa nō est ortus & interitus: quia neque vllius transmutationis. Transmutari enim non potest. Postremo hanc eandem sententiam Arist. amplexus est. lib. 7. de prima philosophia: atque alijs plurimis locis. Eo enim loco sic ait, cælum non habere materiam, aut si quā habet diuersam esse a materia istorum inferiorum. Sed iam rationes in contrariā partem adductas diluamus: quod vt efficiamus commodius illud initio nobis obseruandum est, quòd in materia duo consideramus: si primo modo materiam consideres, conueniunt quidem materiae omnes, quia subiecta sunt formarum: cæterū materia cæli potentia non est, materia rerū caducarum est potentia. prima igitur obiectio illo nomine soluitur, quòd cū Arist. inquit materia cæli & rerum generabiliū esse generis eiusdem illam accipit, vt subiectum, quo nomine discrimen non est inter vtramque materiam: siquidem vtraque subiectum est formæ suscipiendæ. Ad secundam rationem dicendum est, quòd agens & patiens debent habere materiam, cæterum si id quod agit non sit aptum pati ab eo in quod agit, necessarium non est vt agētis & patientis eadem sit materia. Cælum vero in hæc inferiora agere potest, ab eisdem vero non potest pati. Quare fit vt eius materia non debeat esse eiusdem generis, & rationis cum materia rerum generabiliū & corruptibiliū.

Ad certia

Vnde sum
pra occasio

Y.
Videntur
quod sit v-
trouque
eadem ma-
teria.

2

3

4

4

obscuro

5

2uo

1

Assertio.
Materia cæ-
li diuersa
est a mate-
ria horum
inferiorū.
Prima ra-
tio.

2.

3.

Diluuntur
rationes

Duo in ma-
teria consi-
derantur.

quod sit v-
trouque
eadem ma-
teria.

COMMENTARIUS.

Ad tertiam rationem respondendum est, in genere materię aliquod esse primum ad quod materię omnes referantur, atque pertineant. Illud primum est materia cęli ad quam alie referantur, tanquam imperfectum ad id quod perfectum est. Ad quartam rationem dicendum est, illa definitione solum comprehendı materiam rerum quę generantur & corrumpuntur, nam, ut diximus commentarijs in eum locum, Arist. in libris de phys. ausc. solum explanat principia & causas rerum generabilium & corruptibilium. Non est autem difficile ea finitione accepta materię cęli finitionem confingere: Ad postremam rationem dicendum est, non eodem modo inesse cęlo quatuor principes qualitates, quo illę insunt rebus quę generantur & corrumpuntur. Nam cęlo a illas qualitates habet virtute tantum. Hęc inferiora actione. Atque idcirco materia in vtrisque diversa est. Quare constat nostram sententiam de materia cęlestium corporum & caducorum, veram esse, contendamus iam ulterius.

Quęstio.

Utrum materia sit causa cur res corrumpantur

Equidpiã videamur prætermisisse quod ad explanandam ex actus sententiã Arist. pertineat, postremo visum est nobis paucis attingere quęstionem illam, utrum materia sit causa corruptionis rerum, quare missis ambagibus sic statuo, causa corruptionis rerum materia est. Caterum cum corruptionis duplex sit causa, vna actiua, altera passiva, ut vulgo loquuntur, vbi materiam dico causam esse corruptionis, non significo illam esse causam quę corruptionem efficiat. Nam agens naturale est quod corrumpit, ut simile efficiat: sed est causa cur corrumpantur quę corrumpuntur. Nisi enim adesset materia nunquam sanę corrumpentur. Neque satis est habere materiam, ut corrumpantur, sed præter ea necessarium est, ut ea materia sit cons-

ta cum priuatione. Alias corpora cęlestia corrumpi possent. Nam materia prædita sunt. Caterum cum rerum duo sint genera, alię enim sunt animæ prædite, alię vacantes animæ, res animæ prædite intercunt proximę, quia calor natiuus exstringitur, vel humor absumitur. Verum tamen omnes istę causę tandem ad materiam reducuntur. Nam si materia vacaret corrumpi natura non possent: quare & istarum rerum, & cęterarum quę corrumpuntur aliquando, causa corruptionis est materia. Causa inquam interna, nõ externa. Probat sententia, primum testimonio Arist. superiore proximo cap. cum ait, rem quãdam posse esse & non esse, & subiungit, materiam causam esse cur possint esse & nõ esse. Esse autem & deinde nõ esse, est rem quã fuit corrumpi. Ergo corruptionis interna causa est materia. Deinde probatur hac ratione, corrumpi est pati, at materia est principium patiendi, opinione omnium philosophorum, ergo est principium corruptionis. Accedit ad hoc quod, ut inquit Arist. lib. 1. de phys. auscult. priuatio tendit ad maleficium, quia eõ spectat ut forma corrumpatur præsens: & suscipiatur alia, est autem idem cum ipsa materia, ergo materia corruptionis causa est. Postremo quia forma non est corruptionis causa, cum sit causa cur sit res: & idem non possit per se esse causa contrariorum, ergo interitus, materia est causa, nulla siquidem alia interna causa reddi potest. Verum aduersus istam sententiam. Sic obijcio, in corruptibile nõ potest esse causa corruptionis, ut apparet, materia in corruptibilis est, ut Arist. docet lib. 1. de phys. auscult. ergo nõ est causa cur res corrumpantur. Confirmatur ratio: necessarium nõ est causa contingentis: materia est necessaria, ut constat, quę vero corrumpuntur contingentia sunt, ergo corruptionis nõ est causa materia. Accedit ad hoc quod forma potius videtur esse causa huius rei: nõ sicut præsens rem facit, sic cũ desideratur, res corrumpitur. Omnes tamen istę rationes facile soluantur, si quę sunt hæcenus explicata a nobis in memoriam reuocemus. Forma enim, si quomodo causa est interitus, nõ est sanę per se, sed ex accidenti. Nos vero causam inuestigamus per se corruptionis, nõ ex accidenti. Deinde materia cum duobus modis consideretur, videlicet ut subiectum, & ut potentia

Duo genera interitus.

Materia est interna causa corruptionis. Primo ratio.

Obijctio

Conf. 1.

2.

Solutio tur ratio nes.

Cu feretur res corrumpatur materia est.

rentia est cui est priuatio coniuncta, priori sensu incorruptibilis est necessario : & illo non est interitus causa. vt autem priuationem coniunctam habet, causa est cur res intereant. & isto sensu nos initio huius disputationis, corruptionis illa diximus causam esse.

Argumentum cap. 10.

EXposuit veterum philosophorum opiniones de causa efficiente ortus, atque interitus. Eisdem confutatis Arist. docet nos presenti cap. ex propria sententia quæ nam sit efficiens causa.

Cap. 10.

At nobis in vniuersum de causis supra dictum est, & nunc de materia, & de forma differuimus. Iam vero quia motum lationis sempiternum esse demonstrauius, necesse est, His existentibus, generatione quoque perpetuam esse. Latio enim admouendo, submouedoq; id quod virtutem habet generandi, generationem continenter efficit.



Atenus inquit Arist. disputatum est generaliter de causis. lib. inquam secundo de phys. auscult. & præterea lib. 1. de ortu.

Paulo vero superius de materia & forma quæ necessarie sunt ad ortum rerum efficiendum disputauius: nunc explicanda est ortus perpetui, atque interitus causa efficiens. id vt commodius faciat, accipit Arist. motum cæli æternum atque perpetuum esse: quod est ab eo demonstratum lib. 8. de physica auscult. perpetui ergo ortus rerum efficiens causa est iudicio Arist. cæli latio. Hoc probat Arist. quonia sol qui habet vim generandi, per motum cæli, modo ad nos accedit, & generat: modo recedit a nobis, & corruptiones efficiuntur. Nam cum hoc non possit tribui materię

quæ est patiendi principium, vt diximus, neque solis qualitatibus elementorum, nã hæ, cum sint contrariæ, debent agere quidem: & patiuntur accedente, vel recedente sole per motum cæli: quamobrem motus cæli potissimum ceteri debet causa efficiens perpetui ortus atque interitus.

Simul aperitur, quæ supra diximus, recte tradi, id est, mutationum lationem esse primam, non generationem. Vero namque longe similis est ens non enti causam esse generationis, quam non ens enti, vt sit. Quod autem fertur, est, quod gignitur non est, quo circa latio generatione prior habetur.

Non solum verum est, inquit Arist. motum cæli causam esse ortus perpetui, sed etiam hinc aperte constat, bene nos atque scienter dixisse lib. 8. de phys. auscult. motum cæli esse primum omnium motuum: hoc probat, quia multo magis consentaneum est rationi, vt quod iam re ipsa est, causa sit generationis eius quod nondum est, quam vt id quod non est, causa sit eius quod est. Sed quod circulo agitur iam est, semper enim est, cū sit perpetuum atque æternum. Quod autem generatur nondum est. ergo recte diximus, motum illum quo cælum agitur, qui latio dicitur, primum esse omnium motuum, cum sit perpetuus, vt monstratum est. Nam hinc probat esse primum, quia est perpetuus, & causa cur generatio perpetua sit.

Videtur tamen falsum esse quod Arist. inquit, quod generatur nondum esse: generatio enim transmutatio quædam est, quæ non in tempore. Sed momento potius temporis peragitur. Ergo cū fit, iam est. Neque est tempus diuersum id in quo est, ab eo in quo fit. Dicendum tamen est, nomine generationis, non significari solū ab Aristot. nudam ipsam transmutationem substantiæ, sed præterea omnem illum apparatus qui necessarius est ad ortum efficiendum. Quare cū ad generationem, alteratio necessaria sit, & hæc in tempore fiat recte Arist. ait, quod generatur non esse.

Ceterum quia ponitur, & demonstratum

Motus cæli est primum omnium motuum

Obiectio:

Soluitur:

Generatio nã, quid appellat philosophus,

Hypotesis. Motus cæli est causa cur sit perpetua generatio.

COMMENTARIUS.

stratum est rerum ortum & interitum perpetuum esse, lationem causam esse generationis censentes, illud quoque asserimus, si vna tantum sit latio, fore cum inter se pugnent, vt fieri ambo nequeant. Idem namque & quod semper eodem se habet modo, idem efficere aptum est. Itaque aut semper erit generatio, aut semper interitus. Sed oportet plures esse motus, eisdemque contrarios vel latione, vel inæqualitate. Nam oppositorum oppositæ sunt causæ.

Explicit Arist. generationem & corruptionem perpetuam esse: & continenter fieri. Atque huius rei causam esse lationem caelestem, quæ perpetua quidem est, & suo motu adducit atq; abducit solem, qui ortus atq; interitus causa sunt. cæterum quoniam ortus atque interitus sunt contrariæ mutationes, vt manifestè constat, contrario vero eadem causa esse non potest, sed potius contraria, inquit specialem ortus causam, & similiter interitus: principio tamen testatur, quod si vnus tantum esset motus cæli, ambo, hoc est generatio atq; corruptio esse nullo modo possent. hanc sententiam hac ratione conuincit veram esse: quod semper est, & vno atque eodem modo semper se habet, necesse est vt idè semper efficiat. Ita postulante natura. Ergo si tantum sit vnus motus cæli, quoniam cæli eo motu, vno atque eodem modo semper se habet, vel erit causa ortus, vel interitus. Veriusque autem causa non erit, cum inter se pugnent ortus atque interitus, inquit Arist. cum ergo cõtrariæ mutationes sint generatio & corruptio, & motus cæli causa sit vtriusque, necesse est in cælo consistere plures motus: atque eisdem contrarios, vt alter sit author generationis, Alter vero interitus. Sed quoniam Arist. lib. 1. de cælo demonstratum reliquit, motui cæli nihil esse contrarium, quoniam neque est illi contrarius alius motus, qui caelestis non sit, neque vni motui caelesti est contrarius alius cæli motus, veluti respondens tacitè obiectioni, reddit ratione qua duo motus caelestes contrarij esse possint. & cõ-

trarij ab eodem dicantur: cum inquit, eisdemque contrarios, vel latione, vel inæqualitate. Itaque motus caelestes contrarij aliquo modo esse dicuntur, tametsi verè contrarij non sint, latione, hoc est qui aduersis punctis mouentur, hoc sensu, motus qui fit ab oriente in occidens contrarius ponitur motui qui fit ab occidente in oriens. Inæqualitate etiã contrarij motus dicuntur, id est, propter inæqualitatem. Quare motus solis perzodiacum quodam modo sibi contrarius putatur, quia est inæqualis: & modò ad nos accedit, modò recedit. Neq; semper nos aspicit æqualiter.

Falsum tamen videtur quod inquit Arist. idem, & eodem modo semper se habens causam esse semper eiusdem. Primum quia Deus opt. max. vnus atque idem semper existens, neque enim villo modo variari, aut mutari potest, diuersas res condit in vniuersitate. Deinde idem ignis, & eodem modo se habens contraria efficit. Nam soluit ceram: & cogit lutum. Vt autem propositæ obiectiones diluantur meminisse necesse est, quod diuersitas effectorum interdum ex materia ortum habet, interdum ex efficiente, interdum ex instrumentis: & quicquid horum videtur agens non censetur vnus atque idem, aut eodem modo se habens. Quare ignis cum ceram soluit, & lutum cogit, non se habet vno atque eodem modo: quoniam materiam diuersam habet: & variè dispositam. Vnde accidunt effecta diuersa. Idem etiam artifex res facit diuersas, si diuersis vtatur instrumentis: sed non se habet tunc temporis vno, atque eodem modo. idem præterea naua contrario rum causa est, vt Arist. lib. 2. de phys. aufeu. testatur, salutis videlicet nauis, & vt demergatur: cæterum non id facit vno atque eodem modo semper se habens: sed causa est vt nauis in portum salua perueniat, cum adest, cum vero abest causa est cur submergatur. Deus etiam opt. max. diuersa efficit diuersis ideis: vel diuersis secundis causis: velut instrumentis: quare generaliter verum est quod inquit Arist. idem vno atque eodem modo semper se habens semper natum esse idem efficere.

Quam obrem non prima latio causa est nascendi, & deficiendi, sed ea quæ fit per circulū, obliquū.

Cui

Motus cæli quodam modo contrarij.

Obiectio.

Solutio.

no autem
-ing sibi
-mo sum
Duo in

Si esset vnus tantum motus cæli non esset ortus, & interitus.

obiectio

similis

obiectio

obiectio

obiectio

obiectio

obiectio

obiectio

obiectio

Cui non modo vnum continuū ad est, sed etiam motus duplex. quod quidem est necessariū. vtique si semper ortus & interitus continens est futurus, idest, oportet motum esse sempiternum, ne deficient hę mutationes. duplicem, ne alterum tātum eueniat. Latio igitur vniuersi perpetuitatis est causa, accedendi autē & abeundi obliquitas. Iam enim lōge receditur, iam propius acceditur. Quod si interuallum inęquale sit, motus quoque erit inęqualis.

Ex superioribus colligit quōd prima latitio, hoc est motus primi mobilis, quod firmamentum vocatur, non potest esse causa ortus atque interitus. Quoniam est vnus tantum motus, & semper se habet vno atque eodem modo. Nam in eo nulla inęqualitas reperitur. Sed causa ortus perpetui atque interitus est motus qui fit in Zodiaco. quem Astrologi vocant obliquum circulum, atque signiferum. Sunt enim in eodem duodecim signa constituta: est autē motus qui in isto orbe fit causa nascēdi, & deficienti perpetuo: quoniam continuus est atque perpetuus. Quod efficit vt hę mutationes continuę atque perpetuę sint. Est præterea ille motus geminus atq; duplex, propter inęqualitatem quā seruat. Siquidem modo accedit ad nos: modo recedit. Quod est causa ortus atque interitus. Est enim inęqualis motus solis per hunc orbē quoniam interuallum seu spatiū per quod mouetur, est inęquale. Eandem rem explicat Arist. cap. 4. lib. 2. de celo. Deinde docet nos Arist. quando sit ortus causa, & quando interitus. cum inquit.

Ita si accedendo, & appropinquando generat, consequens est, vt abeundo, & procul recedēdo idem hoc interimat, & si sæpe accedendo generat, sæpe abeundo interimat. Nam cōtrariorum contrarię sunt causę.

Ergo cū accedit propius ad nos sol per

zodiacum, vim habet generandi, & cum re-
cedit a nobis habet vim corrupēdi. Priore
rem partem non probat Arist. Quoniam ea
ipsa familiaribus constat experimentis. Nā
cum sol accedit ad nos, quod contingit ve-
re, plantę generantur. Herbę ex terra pro-
deunt. Elementa denique potiora, ignis at-
que aer efficiuntur, vi caloris. Posterio-
rem vero partem illo argumento demonstrat,
contrariorum contrarię sunt causę, at ac-
cessus solis ad nos, generat. ergo recessus
causa est cur res corrumpatur. Siquidem
accessus & recessus contrarij putant, perin-
de atque ortus & interitus sunt contrarij.
Quemadmodum vero colligimus solis re-
cessu fieri interitum, quia cum sol recedit
res generat: sic sol si quōd sæpius accedit ad
nos, sæpius generat, quo sæpius a nobis re-
cedit, sæpius etiam corrumpet.

Sed existit hoc loco quęstio, quam Alexander Aphrodisiensis adfert cap. 4. lib. 3. quęstionum naturalium & moralium, ea
est, quō pacto dicat Arist. accessum solis ad
nos esse causam ortus, & non interitus. re-
cessum verō causam esse interitus, non or-
tus. Si verum est quod diffiniuit Arist. lib.
superiore vnus rei generationem, esse alte-
rius interitum, & mutata ratione? Etenim
cum accessu quidpiam oritur, aliud interi-
re necesse est. Et cum quidpiam interit, ali-
quid etiam oritur necessario. Quare nō de-
bet accessus solis potius putari causa ortus,
quā interitus. Alexander responder.

Iuxta Arist. sententiam cap. 3. lib. super-
rioris, quōd generatio & corruptio appie-
in his sunt quę præcipuē generantur: & quia
accessu solis generantur potissima elemen-
ta, eodem vero decedente, potiora corrup-
puntur, nempe ignis, atque aer: accessus solis
dicitur esse causa ortus, non interitus.
Recessus vero solis dicitur esse causa interi-
tus, quia cū recedit a nobis, potiora inter-
reunt. Licet alia generentur quę sunt dere-
riora. Appellatio vero transmutationis ex
termino potiori sumenda est: idem refert
Aristot. loco citato, & cap. 1. lib. 4. Me-
thorolog.

Interitus quoque & generatio natu-
ralis par tempus fortiuntur.

Infert Arist. ex superioribus quędam cō-
sectaria. Primum explicatur his verbis: at-
que

COMMENTARIUS.

1. Cōfecta-
rium.
Tēpus ge-
nerationis

que id est: æquali tempore efficitur or-
tus atque interitus naturalis. Est autem
tempus generationis, totum illud tempus
quo res contendit ad suam perfectionem.

Generari.

Nam tunc temporis quidpiam omnino ge-
neratum esse putamus, cum propriā perfe-
ctionem & naturæ debitam eis consequu-

Tēpus cor-
ruptionis.

tum. Sic enim generari accipit Arist. cap. 3.
lib. 2. de republica. Atque insuper lib. 4.
Meth: orologiciorum. Hoc sensu homo. v.
g. interim, dum crescit, atque ad statū pro-
cedit generari dicitur: quia toto hoc ten-
pore contendit ad perfectionem: idē quo-
que de arboribus & plantis & quibusvis

animalibus censendum est. Contra vero tē-
pus corruptionis vocatur illud quo vnum
quodque a sua perfectione recedit. Vtrum
que vero istud tempus Arist. æquale esse
putat secundum naturā. Hoc est, aut sem-
per, aut magna ex parte. Cæteriū casu quo

piam contingit aliquando ut vtrumque tē-
pus sit in æquale. ut propter humorum re-
dundantiam, aut propter quæcunque aliū
morbū. Atque ideo Arist. dixit æquali
tēpore effici ortū atque interitum, nō quē

cumque, sed naturalem. Antea tamen quā
Arist. probet verū esse quod dixerat, aliud
huic confectarium addit. Quod ex eodem
natum esse videtur, quod explicat his ver-
bis,

Quod fit, ut singulorum tempo-
ra vitæque numerum habeant. atq;
hoc definiatur. Omnium siquidem
rerum ordo constat, & omne tem-
pus omnique vitæ ambitu mensu-
ratur. licet non eodem omnes. Sed
partim minore, partim maiore. his
enim annus ambitus pro mensura
est, alijs anno maior: sunt, quibus
minor.

2. Confe-
ctarium.

Illud est. Periodus, atque vitæ cuiusque
rei tempore mensuratur. Ratio est quia o-
mnium rerum ordo est: ergo & vitæ cuius-
que. Et quidem eum tempus generationis
rei æquale sit tempori corruptionis, & hæc
tempora sint definita, proculdubio omnis
vitæ. & duratio rei tempore aliquo. mensu-
ratur, & definitur. Quamquam non eodē
tempore, sed diuerso potius, pro natura

atque substantia vniuscuiusque rei. At is
enim rebus tempus longum concessum est.
alijs breuius. Quorundam vitæ mensura
integrum annum compler, neque illud ex-
cedit. Quorundam minor est vitæ mensu-
ra. aliorum est maior. Sunt etiam animalia
quorum vita non excedat diē vnum. Quæ
ob eam rem ab Arist. in hist. animalū Ephe-
mera vocantur. latine diaria dici possunt.

Quin & rationibus nostris ar-
gumenta sensus videntur consenti-
re. Accedente enim sole generatio-
nem, abeunte diminutionem, & pa-
ri vtrumq; tempore fieri notamus.
Interitus enim & generationis na-
turalis par tempus est. Quamquam
interitus minore subinde tempore
ingruit ob mutuam commissionē.
Nam cum materia inæqualis, nec
eodem vbiq; sit, generationes quo-
que inæquales necessario erunt. A-
liæque alijs celeriores, aut vicissim
tardiores. Ita fit, ut his orientibus,
illa occidant. Erunt autem, ut dixi,
generationes, & interitus semper
continentes, nūquam prædicta cau-
sa defuturi.

Quod dixerat Arist. superius solem ac-
cessu suo ortum efficere, recessu vero inte-
ritum si de oculorum verum esse probat.
Videmus inquit accedente ad nos sole res
generari: recedente vero easdem corrupi.
Et vtrumque fieri tempore æquali. Nā
eum sol arctem ingreditur incipit terra
germinare: arbores frondere, viresque
accipere, & paulatim sole procedente fru-
ctus perducere ad maturitatem. Quod con-
tingit spatio sex mensium. eum autem sol
idem libram intrat interire videtur omnia
generari nihil. Folia decidunt: herba ex-
arescit, & quodam modo in horrescit ter-
ra: quod sex alijs mensibus accidit donec
idem sol reuertatur ad arctem: idem con-
tingit in cæteris rebus. Quammodum in
homine ipso accidere ostensam a nobis est
Paulo superius: ut dubitari non possit æ-
quali tempore fieri ortum, atque interitum
naturalem. Admonet tamen Arist. quod
plerumq;

Minuitur aliquando vitæ naturalis tempus.

plærumq; cõtingit vt minuatur vitæ tẽpus propter elementorum diuersam concretionem. Nã cũ materia in æqualis sit. & varijs mutationibus subiecta, necessario fit vt generationes sint inæquales: & aliæ sint cælestiores, tardiores aliæ. Et interdũ, quod vni rei est causa ortus, alteri importat interitũ. Semper tñ (vt diximus) continẽter fiunt ortus & interitus. Neque cessabunt vlllo tempore: tum propter efficientem causam, quæ perpetua est (vt ostendimus) tum etiam propter materiam, quæ cum vnum corrumpit, alterius formam suscipit. Siquidem generatio vnius est corruptio alterius.

Et merito, Naturam enim curctis in rebus optimum quodque ex petere putatur. Estque esse quam nõ esse præstantius. esse autẽ quot modis dicatur alio in loco est a nobis explicatum, quod cũ omnibus adesse nequeat, ob lógum a principio interiectum spacium, deus vniuersum eo, qui supererat modo, compleuit, continentem generationem molitus. Sic enim maxime ipsum esse continuari queat. Cum sit proximum substantiæ, generationem semper fieri. Cuius, vt sæpe diximus causa latio circularis est. quæ latio sola continens esse intelligitur. Quamobrem cetera, quæ per affectiones, & virtutes in se vicissim transeunt, vt simplicia corpora circularem lationem æmulantur Nam cum aer ex aqua fit, ignis ex aere, rursusque ex igne aqua generationẽ in orbem fuisse dicimus, quia iterum recipitur. Horũ itaq; recta latio circularẽ imitata cõtinẽs est.

Rationẽ hoc loco reddit, cur naturã parvissimum recte sit, ne ortus & interitus rerũ vlllo tempore deficerent. Nã cum inquit, & merito. Huc spectat Arist. ratio vero sic concluditur, natura in omnibus rebus semper id quod melius est appetit, atque facit, qm̃ regitur adeo optimo maximo: sed melius est esse, quã non esse, hoc est existere, quã non existere. Hoc em̃ sensu vsurpat in præsentia Ari. esse. quod, vt ipse admonet, multis mo-

dis dicitur. Decẽ inquit, quot sunt gẽra eius quod est. Ergo natura semper desiderat gẽrare: nam quod generatur, accipit esse, sed fieri non potest vt in omnibus rebus natura diuina sit, atque immortalis: quoniã nõ omnia æqualiter ad deum ipsum accedũt. Sed quædam sunt admodum ab eo remota, & ideo nõ potuerũt in se ipsis fieri immortalia: quare quod reliquũ erat, efficit. Deus igitur immensa sua prudentia, atq; admirabili consilio continuã esse generationẽ voluit. quoniã ea ratione natura maxime conseruatur, & quo potest modo immortalitatem consequitur. Proximẽ liquidẽ accedit ad ipsam veram substantiam, cõtinua generatio rerum. Ea enim non indiuidua eadem sed species conseruantur. Nã quod generat non generat quidpiam quod sit idẽ numero, sed quod sit idẽ secundum speciem. Huius autẽ perpetuæ generationis inquit Arist. causa est motus cæli, quia est continuus, & perpetuus, atque is solus est causa: quia solus continuus atque perpetuus est. Quædam modũ sæpe numero dictum a nobis est, cuius motus perpetuitatem & circularem cõuersionẽ, etiam illa corpora simplicia quæ elementa vocantur imitari student, cũ propter qualitates cõtrarias quibus natura cõstant, vicissim transmūtantur: nam cum ex aqua fit aer, & ex aere ignis. Et rursus ex igne aer, ex aere aqua, ex aqua terra, circũs factam esse dicimus generationem. Quod iterum ad principium transmūtatio redierit. Ergo rectus etiam motus elementorum dum cælestem imitatur, continuus est, atq; perpetuus. Nunquã enim cessat mutua elementorum transmūtatio. Nam vere & interdũ semper ignis atque aer generantur. hyeme, vero & noctu aqua & terra. Itaque ex his omnibus quæ hætenus a nobis demonstrata sunt, facile, si velimus, possumus accipere eẽs causas, cur perpetua sit generatio. Etenim ex parte materiæ perpetua est. Quia generatio vnius est corruptio alterius. Ex parte vero causæ efficientis generationẽ, quia cæli motus perpetuus est. Deniq; ex parte finis quia natura facit quod melius est. atqui cupit perpetuõ rem seruare eandem. Hoc assequi non potest in rebus singulis, nam illæ quia sunt constitutæ ex contrarijs perpetuã esse non possunt, agunt enim semper mutuo contraria. Quare eligit minima malorum, vt in secunda nauigatione contingit, res enim seruat eas

Elementa diuinitas assequi cupiunt.

Ex omnibus causis cur perpetua sit generatio.

Cur prouissum sit, ne deficient, aut interitus. Melius est esse, quam non esse.

COMMENTARIUS.

dem secundum speciem per generationem, nobis vero, hoc est christianis, qui perpetuam minime putamus rerum generationem negandum est, necessarium esse, aliquid eorum quae Arist. concedit necessaria, ut ea ipsa perpetua efficiatur, id est causa efficiens. Nam cum caelum exierit eius etiam initium habuit aliquando: quare aeterna non est generatio. Quia causa efficiens perpetua non est. Sed hanc rem accuratius tractamus commentarijs nostris in librum octauum de phys. auscult.

Quaestio.

Utrum possit homo vivere ultra spacium sibi concessum a natura.



Existit in hoc loco quaestio non quoniam non impeditur, aut difficilis, ea est, utrum possit homo vivere ultra spacium concessum sibi a natura. Scimus enim singularem rerum vitam ambitu quodam & mensura temporis contineri: ac de finitam esse. Quaestio soluitur distinctione adhibita: aut enim spacium illud temporis consideramus quod debetur toti speciei, sub qua individuum de quo loquimur, collocatur: aut de eo quod debetur ipsi individuo: si de priori spatio temporis agamus, fieri non potest, ut individui cuiuspiam vita ultra illud tempus prorogetur, quod integre speciei concessum est, & natura debetur. Si vero de tempore loquamur quod designauit natura singulis hominibus, nihil vetat illud tempus differri: ita ut contingat hominem quempiam illam vitam agere quem integre speciei assignata est a natura. Nam in specie oportet esse aliquod individuum, quod sit optimum in ea specie. Vnde naturae specimen sumatur. Hoc etiam accidere potest, si is homo, v.g. optima sit praeditus valetudine. Deinde cibis optimis utatur: & in loco degat vitae accommodatissimo. & diligentem gerat curam valetudinis.

Simul haec haud dubium reliquere id, quod quaeritur a nonnullis, cur cum in propria regione corporum quodque feratur, immenso tempore corpora composita non desciscunt causa huius pra-

bente mutua vicissitudine. Nam si manerent, in sua quodque regione, nec a proximo mutarentur, iam composita fuissent dissipata. Mutantur ergo propter rationem duplicem. tum ipsa mutatio facit, ut nullum in aliqua ordinata constantive regione persistere valeat. Ac generatio quidem, & interitus propter quid sint, & quam ob causam planum fecimus. Auctor quoque tum ortus, tum interitus quis sit ex dictis factis intelligitur.

Explicat Arist. aliquot quaestiones, quarum solutio accipi potest ex superioribus. Earum altera his verbis proponitur. Quam ob rem ea elementa quibus singula constant quae generantur & corrumpuntur, non fuerint separata ab ipsis rebus singulis, & in suas propriasque sedes concesserint? Dubitandi ratio duplex est: vna quia singula elementa cupiunt esse in suis locis. Quoniam in eisdem recte habent, ut lib. 4. de phys. auscult. docet Arist. altera est quia cum perpetuae sint generationes multum sanè tempus exactum iam est, in quo potuerunt distrahi, atque diuisa a rebus mixtis. Admonet tamen Arist. hoc ipsum a nonnullis antiquis philosophis in quaestione vocari solere: deinde huius quaestionis explicationem sumendam esse restat, ex his quae haecenus disputata sunt: atque etiam definita: quod significat illis verbis, simul haec, quae dicta inquam sunt Paulo superius haud dubium reliquere: sed explicare potius id quod quaeritur a nonnullis, &c. Respondet Arist. cum ait, causam huius praesente, &c. Causa igitur cur ita res contingat est ipsorum elementorum mutua transmutatio. Etenim si elementum non mutaretur ab eo quod est proximum, iam essent separata elementa: & vnumquodque existeret in suo loco. Sed quia inuicem mutantur, atque ex vno aliud fit: & mutata ratione semper ex eisdem mixta generantur per mutuum concursum eorundem elementorum. Mutantur vero elementa duplici ratione, ab oriente inquam in occidentem: & ab occidente in orientem: propter inaequalitatem motus solaris: quae quidem inaequalitas perinde iudicatur, ac si duplex motus esset, quod Paulo superius Declaratum est: deinde epiloga facit eorum quae dixerat, planum inquam fecimus

Cur elementa res compositae non deserant. Ratio.

2

soluitur quaestione philosophus.

Cur elementa mutantur.

fecimus, propter quid, aut quā ob causam sint generatio & corruptio. Reddidimus enim Paulo superius triplicem causam. Materiam inquam, efficiens, & finem. Præterea satis inquit, ex dictis intelligitur quis sit author ortus & interitus. Author enim est obliquus motus, atque inæqualis orbis solis, ut diximus.

Cæterū necesse est, ut supra alio in volumine demonstrauimus, aliquis motor sit, si motus est futurus. & si motus semper est futurus, motor semper existat & si cōtinuus, ut vnus sit idemque ortus & interitus alterationisq; immunitis. & si plures motus orbiculares, principia quoq; plura sint quæ tñ omnia vni principio subiiciantur. quod si tempus cōtinuum est, motus quoque continens necessario existit. Siquidē fieri non potest, ut absque motu tempus sit.

Tempus ergo est numerus alicuius continui motus, ac proinde circularis, ut initio disseruimus.

Consuevit Arist. quemadmodum a me obseruatum est lib. 8. de phys. auscult. a rebus sensibilibus, & magnitudine præditis sermone transferre, ad id quod corpore omni, & magnitudine vocat. idē quoque facit in præsentia: nam primum ipsum motorem inquit, qui expertus omnino corporis, atq; materia est, quo inuēto, causam reddit motus perpetui. Est igitur secunda questio quā Arist. insinuat in præsentia, hæc, cū sit ortus perpetuus, quia motus cæli perpetuus est, quid cause sit cur ipse cæli motus sit perpetuus. & cū generatio continua sit, quia latitudo est continua. Vnde accidat ut motus sit continuus, Vtriusq; rei rationē reddit Arist. vtraque tamen breuiter explicat, quoniā alibi, nempe. 8. li. phys. longiorem de eadē re disputationem habuit. Prioris vero questionis explanationē sic inuestigati est motus, ergo est motor. Antecedēs notū est, & consequentia probatur cap. 1. lib. 7. de phys. auscult. quo loco scriptū est: omne quod mouetur necessario debere ab alio moueri. Deinde, est vnus motus, ergo est etiam vnus motor: plures siquidem motores non

possunt efficere vnum & continuum motum: & melius est vnum esse motorem quā plures, quia natura melius rem facit per vnum medium, quam per plura. Quod si plures sint motores quæ mouendi principia vocat Aristot. omnes illi ad vnum primum referuntur: qui est immobilis. Tercio, est vnus perpetuus motus, ergo est vnus perpetuus motor. Nam si cum motus sit perpetuus, motor perpetuus non esset, esset aliquando motus sine motore: aut aliquid seipsum moueret. Quare est vnus perpetuus, atque idem numero motor, qui neque generari, neque alterari, neque vllam subire mutationem possit. quod 8. li. phys. demonstratum est. Veruntamen quoniā nō probauerat superius motum vnum esse, atque cōtinuum, hoc probat ea ratione, quia tempus in quo agitur illi motus vnum est atque continuum. Antecedens probatū est ab Arist. 4. & 8. lib. de phys. auscult. consequentia vero probatur, quia tempus est mensura motus. Non enim sine motu esse potest, ut lib. 4. de phys. Arist. monstrauit. Quare si mensura continua est, illud etiam vnum atque continuum erit, quod mensuratur.

Est ergo motus continuus, quia tempus cōtinuum est. Non autem quiuis motus, sed motus cæli, qui circulo sit quemadmodum. 8. lib. phys. demonstratum est.

Sed vtrū ob eius, quod mouetur continuum motus continuus esse dicitur: an quod id in quo mouetur, ut locus, vel affectio continens est. Nēpe quia quod mouetur est continens, quo modo enim affectio cōtinua est nisi quia res, cui accidit est cōtinua: quod si continuum eius, in quo sit motus, causa est cōtinui motus, hoc soli loco adest, quippe qui aliquam habet magnitudinem. Huius autem circularis tantum continuū est, quare idem sibi semper est continuum. Corpus igitur, quod irrequieta vertigine rotatur, motum efficit continentem, motus ipse tempus.

Postremo vertit Aristot. in questionem, cum dixerimus motum cōtinuum esse, vnus

Est motus
cæli cōtinuus
quia
tempus est
cōtinuum.

Vnde sit
motus cōtinuus.

COMMENTARIUS.

de accipiat ut sit continuus, nunquid ab eo quod mouetur, an a loco in quo fit motus. An ab illa affectione, ad quam motus contendit, & que per motum comparatur? Respondet Ari. quod non est motus continuus propter affectionem motu comparatam. Siquidem ipsa affectio continua, & quanta non est per se, sed ex accidenti, ut Ari. testatur in categoria quant. ratis. Tantum enim album inquit, fore dices, quanta fuerit superficies. Quod autem per se continuu non est, non potest efficere ut aliud quantum, atque continuum sit. Neque preterea motus continuus est propter locum in quo contingit. Nam cælum ipsum, ut lib. 4. phys. monstrauimus Ar. opinione, in loco non est. reliquum est igitur ut dicamus, motum continuum esse propter magnitudinem, que mouetur, in qua motus existit, tanquam in subiecto. Cælum enim quod in circulum agit, semper est idem, & sibi ipsi continuu. Quare ab ipso corpore quod mouetur, nempe a cælo, accipit motus circularis ut sit continuus. quia vero motus continuus est, tempus etiam in quo ille motus fit continuu.

Obiectio. Sed obijcies, quo nam pacto prius ostendit Ari. continuum esse motum ex tempore, nunc vero mutata ratione, quia motus continuus est: colligit tempus esse continuu? Dicendum est, bifariam posse nos fidem cuiuspiam rei facere, vel a priori, atque ex causis, vel a posteriori: superius, a posteriori ostendit motum esse continuu, nempe ex tempore, quod demonstrauerat esse vnum atque continuu lib. 4. & 8. phys. nunc vero a priori demonstrat motum esse continuu: ex magnitudine in qua existit: & hinc etiam a priori tempus continuu esse demonstrat. & cum se mutuo consequantur continuus motus & tempus continuu, potuit quidem Ar. uti motu continuo ad probandum tempus esse continuu: & tempore continuo, ut probaret motum continuu esse.

Argumentum cap. II.



Superiore cap. Ari. ostendit inesse generationibus cõtinuitatẽ, quã in his quæ continenter mouentur secundum generationem, inest, id quod est deinceps, hoc est, ut vnum post aliud generetur. Præsenti cap. querit, vtrum in his quæ generantur inest necessariu, an po-

tius nihil omnino sit quod necessariò generetur, sed omnia contingenter eueniant.

Cap. II.

Sed quoniã ijs, quæ per gnratio- nem, vel alterationem, vel denique per mutationem continenter mouetur ordinem constare cernimus, & horum aliter post alterum fieri, ut nulla fiat in terminatio, dispiciendum est, vtrum aliquid necessario sit futurum, an nihil, sed omnia possint non fieri. Nam quædam non est dubium.



Initio, more suo, sententiam quam explicare studet ante oculos ponit Ari. ea est, cum cernimus ordinem quædam seruari, ita ut vnum post aliud sequatur, & nulla fiat intermissio in his quæ cõtinenter, perpetuoque mouentur per generationem, vel alterationem, vel per aliam quamcumque mutationem, quæstio existit vtrum aliquid fiat necessariò, ita ut non possit non fieri, an potius nihil fiat necessariò, sed omnia fieri possint, & non fieri. Respondet Ari. proculdubio quædam fieri necessariò. interdum enim fit ut cum est aliquid, necessariò aliud, quia est illud, futurum sit. Exepli gratia. Vapores qui ex locis humidis a sole excitantur sæpe numero postquam excitati sunt, necessariò coguntur & postquam coacti sunt, in pluuiam soluantur necessariò, terramque necessariò madidam efficiunt: ista sententiam veram esse probat Ari. duobus argumentis: quorum alterum sumit ex cõmuni vsu loquendi, & traditur his verbis.

Vtrum aliquod necessario efficiatur.

Respondet Arist.

Vnde exitit initio discrimen inter fore, & esse debere. quod enim fore verum est dictu, id aliquando esse verum sit oportet. quod autem esse debere, hoc non fieri nihil prohibet. potest enim aliquis ingredi debere, idemque non ingredi.

Ratio vero ea est, quia in his quæ nondum sunt, sed possunt esse in tempus futurum, cõsue-

uimus ut verbo erit, & verbo futurum est: aut esse debet, sic enim rectius vertitur greca vox verbi erit, tunc temporis utimur cum res necessario futura est. Sic enim dicere solem post hyemem ver erit. Post ver erit estas: quia necessario sic accidet. Verbo autem illo, futurum est, utimur cum de illis rebus futuris agimus, quae non erunt necessario, sed poterunt etiam non esse: tantumdem enim est dicere futurum esse quidpiam, ac si dicamus, contingere posse ut fiat, & licet non accidat, quod futurum esse dicimus, non recte quispiam putabit nos esse mentitos, ut si dicamus coiecto semine in terram: spica futura est, futurum pro contingenti vertimus. Si mihi verbo Aristoteli usus est in libro de interpretatione cap. de futuris contingentiis, cum ait, in singularibus vero & futuris non similiter. Quemadmodum est a me commentariis in eum locum explicatum. Quare cum aliquando vera sit necessario ea propositio in qua utimur verbo futuro illo inquam verbo, erit. Proculdubio aliqua futura, eueniet necessario. Quod ex usu vocabulorum monstratum est. Secundo eandem probat sententiam ex rebus ipsis cum ait.

Sed breuiter cum existentium quaedam esse possint, & ite non esse, haud dubie generandorum similis erit ratio.

Sumitur autem ratio hoc modo. Rerum quaedam necessario sunt, ita ut non possint non esse. Aliae vero non necessario sunt, sed esse possunt, atque non esse. Ergo eorum quae generantur, atque fiunt, quaedam necessario fiunt, & generantur. Aliae vero non necessario, sed contingenter generantur. Discursus legitimus est: & antecedens praeterea verum. Ergo & Aristoteli sententia illa enim quae necessario sunt, necessario etiam generantur, quae vero sunt contingenter, non generantur necessario. v.g. quia sol necessario existit in libra, neque enim poterat ibi non esse, antequam in libra sit, necessario ad libram mouetur. Neque fieri vlla ratione potest ut non aliquando ad libram perueniat. Deinde quod non existit necessario, neque necessario generatur. Potest enim fieri & non fieri. Exempli gratia, quia grammaticum quempiam esse necessario non est, aut musicum esse, fieri grammaticum, & fieri musicum seu generari necessario non est: sed contingens, quam obrem ex ipsis rebus sumpto argumento, perspicuum est, rerum quarundam

necessariam esse generationem, aliarum vero rerum minime: sed omnino contingentem. Per similes rerum diuisione usus est Aristoteles. ut eo loco accurate nos diximus, in libro de interpretatione, cap. de futuris contingentibus. Nam ut demonstret propositionum alias esse de futuro contingenti, alias minime, accipit, rerum alias necessario existere, alias nequaquam.

Neque hoc necessario erit. Vtrum igitur cuncta huiusmodi sunt, an secus? Sed quaedam necesse est simpliciter fieri. Et ut non esse quaedam non possunt, alia possunt, sic ite fieri. Ut solstitia fieri necessarium est, nec fieri potest, ut non efficiantur. Sed si prius factum esse necesse est, si futurum est posterius, verbi causa iactum esse, fundamentum, si domus est futura, & iactum praefuisse, si fundamentum est iactandum, num si fundamentum iactum fuit, necesse est domum fore: an non nisi illud esse simpliciter sit necessarium, quod si hoc sit necessarium, necesse ite erit, iactato fundamento domum fore. Sic enim prius se habebat ad posterius, ut si hoc esset futurum, illud necessario factum fuisset.

Cum docuisset Aristoteles in generatione rerum contingentium, quarum exemplo vsi sumus, nos reperiri necessarium quemadmodum reperitur in generatione rerum quae existunt necessario, inquit, utrum aliquo modo possit necessarium reperiri in huiusmodi rebus quae contingenter sunt. Hoc autem rogat his verbis. Neque hoc necessario erit. hoc quod contingenter esse, & fieri diximus? Nam per interrogationem verba proferenda sunt.

Vtrum igitur cuncta, quae videlicet contingenter existunt, eiusmodi sunt, id est contingenter generantur: an secus potius accidit. Ut inquam sint nonnulla quae necessario fiunt. hanc quaestionem addudit in praesentia Aristoteles. veruntamen ut eam soluat, adducit nos, quod necessarium bifariam dicitur, aliud est enim necessarium simpliciter, aliud vero ex hypotesi aut ex suppositione, seu positione: omnibus enim his vocabulis ad rem eandem significandam solemus vsi. Simpliciter necessarium illud

Rerum diuersa genera. Syllogismus.

aliter dicitur.

Operatio.

Verum est
itaque contingenter
existit, generentur
contingenter
Bifariam dicitur necessarium.

simpliciter necessarium. illud est, quod omnino non potest non esse: quo sensu accipitur necessarium cum dicimus, ex priori necessario sequi posterius: necesse est illud necessarium ex suppositione illud vocatur quod non omnino, & per se necessarium est: sed ob eam rem, quia aliud est: hoc sensu semina iacta esse, necessarium est ex suppositione si fructus prodierint: & fundamenta posita esse, necessarium est, si domus confecta sit. Non enim simpliciter necessarium est iace re fundamenta, aut semina solo spargere.

Nam potest utrumque non esse. ceterum si ponamus fabricatam iam esse domum: necessarium est iacta esse fundamenta: & si con- edamus fructum prodixisse, necessarium est iacta esse semina: est igitur ex suppositione necessarium, cum ex posteriori sequitur prius: quemadmodum constat propositis exemplis.

Quod necessarium addit rebus quæ sunt contingenter

Cum ergo duplex sit necessarium, inquit Aristoteles, quod necessarium simpliciter non potest reperiri in his quæ contingenter generantur: & fieri possunt atque non fieri. Consideratur enim in eisdem necessarium ex suppositione. Neque solum hæc, sed præterea res omnes communicant huiusmodi necessario. Nam in rebus omnibus cernitur, quia quæ contingenter generantur non simpliciter sunt necessaria: possunt enim esse atque non esse. Ex suppositione vero, hoc est, si aliud sit, nihil vetat esse necessaria; ut ostensum est exemplis.

Si ergo posterius fieri est necesse, ut prius quoque fiat, est necessarium. & si prius, ut posterius, at non idcirco, sed quia positum est, futurum esse ex necessitate. In quibus ergo posterius esse est necesse, hæc recipere licet. Ut semper si prius est factum, posterius fieri sit necesse.

Comparat Arist. inter se utrumque genus necessarium atque ita ait, quod in his rebus in quibus est necessarium ex suppositione, non oportet ut sit etiam simpliciter necessarium: & hoc aperte constat exemplis propositis: at vero in quibus est simpliciter necessarium, proculdubio erit necessarium ex suppositione, nam convertuntur. Siquidem primo existente, secundum etiam existit, & rursum secundo existenti, primum existit, etenim si homo sit, aptum ad ridendum est, & si est aptum ad ridendum, est etiam homo. Quare hæc recipere, & retro commutare optime possunt. Quod in priori genere rerum non omnino

reperiri potest. Admonet tamen Aristoteles, quod licet in his quæ sunt simpliciter necessaria ex posteriori sequatur prius, necessario non sequitur, quia posterius est: quemadmodum accidit in necessario ex suppositione, sed potius ita evenit, quia primum natura sua necessarium est: neque potest non esse aut non fieri.

Si ergo infinitum deorsum progrediatur, hoc posterius fieri non dico simpliciter, sed ne ex positione quidem fieri necessarium erit. Sæpe enim alterum præcedat necesse est, quare & illud factum fuisse oportet. Ita si nullum est infiniti principium, ne primum quidem aliquid erit quam ob rem fieri sit necessarium.

Accepit paulo ante, duplicem usum necessarii, eius inquam quod simpliciter necessarium est & quod ex suppositione. Ostendit etiam recipere consequentiam in necessariis simpliciter, quia si sit prius, est etiam posterius: & mutata ratione. Solum quia simpliciter est necessarium utrumque, quod non ita contingit in necessariis ex suppositione. nunc docet quænam ea sint in quibus reperitur simpliciter necessarium. Sed prius ostendit quæ sint, ea in quibus minime reperitur id genus necessarium. Atque ita inquit, non reperitur necessarium simpliciter in his quæ secundum rectum moventur, ut deorsum aut sursum, is enim est motus rectus. nam neque in his quæ rectè moventur, sed in infinitum, neque in his quæ secundum lineam rectam moventur, sed finitam, prius probat, verbis inquam propositis, non inesse necessarium in his quæ moventur secundum lineam rectam infinitam. Nam in quibus est simpliciter necessarium, si sit posterius, necessario est etiam prius, at vero ubi infinitum est: primum non est. Neque præterea secundum. Quia si primum esset principium esset: atque ita non esset infinitum. Ergo non reperitur in his necessarium simpliciter. Imo verò neque necessarium ex suppositione. Quoniam cum est quidpiam necessarium ex suppositione, si sit secundum, necessario est etiam primum, ut ostendimus animaduerte tamen secundum rectum fieri mutationem: cum nunquam eò regredimur, unde abieramus. circulo vero sit cum revertimur eodem unde semel disceseramus.

In quibus reperitur simpliciter necessarium.

Mutatio secundum rectum.

Circulo. Obicatio.

Verum obiciet aliquis Aristoteles, rationem istam

istam non esse omnino efficacem: nam licet infiniti nō possimus primū accipere, neque enim est quidpiam in infinitis primum, aut secundū, proculdubio in eo reperitur successio quædam, & vnum post aliud existit, quemadmodum contingit in tēpore, quod est infinitum. Est enim in eo deinceps: quare in mutationibus illis quæ secundum rectam lineam procedunt, licet neque primū sit, neque secundum successio inerit: & vnum post aliud: ergo ea ratione qua vsus est Arist. non satis probatur in mutatione recta infinita, non adesse necessarium: probari tñ euidēter poterit, quia omnis mutatio, & præterea omne quod fit, gratia finis fit: infinitum vero sine vacat: nullamigitur mutatio necessario erit secundum rectam lineam infinitam.

Obiectio Sed obijciēt tūcum aliquis, adhuc in recta mutatione infinita & secundum rectū reperiri necessarium. Nam hominum gñratio iuxta sententiam Arist. infinita est: fit enim tempore infinito, & secundum rectū efficitur (vt apparet) atque necessario ex homine generatur homo. Respondet Philopon⁹ in mutatione illa qua ex homine homo gñratur, inesse necessariū. Caterū hoc euenit quia illa mutatio secundum speciē, qua ex homine generat homo, circulo fit. Nam ab eodē in idē fit reditio: primū enī est homo: deinde semen. Postea embrio: postremo puer, & rursus hō, & semē, ac cetera quæ diximus: atque id perpetuū ita fit.

Sed ne in his quidē, quæ finē habēt, verū est dictū, hoc fieri necessarium esse, exēpli gratia domū edificari, cū iactū fuerit fundamentū. cū. n. iactū esset, nisi seper hęc necessario edificaretur, accideret, vt semper esset, quod pot non semper esse. At oportet gñratione semper esse, si hui⁹ gñratio semper est. Nā quod necessario est, id sempiternū est. qm̄ qd⁹ esse est necesse, hoc vt non sit, fieri nō pot. Hęc ergo sic recipiātur, vt siqd⁹ necessarium sit, idē sempiternum sit, necessarium sit. Et si huius generatio ex necessitate sit, sempiterna quoque sit. ac vicissim sempiterna, eadē ex necessitate. Si curus

ergo generatio simpliciter est necessaria, necesse est in orbem eat, ac reciprocetur. Generatio. n. finem habeat oportet, aut infinita sit. & si infinita, vel in rectū, vel in orbem. vt aut in rectū sine careat, fieri nō pot, si futura est sempiterna. Principiū nāq; prorsus desideratur. siue deorsum ad futura, siue sursum ad exacta spectes. At licet gñratio sine careat, eius tamen principium habeatur oportet. & ipsa sempiterna sit. Quo circa necesse est, vt in orbē eat, ac p̄inde vt reciprocetur. Verbi causa, si hoc esse necesse est, ergo & id quod prius, & si hoc, posterius quoque fiat oportet. idque semper absque intermissione. haud. n. interest, hoc per duo, an per plura dicatur. Simplex ergo necessitas in circulari motu, & generatiōe posita est. Tū si in circulari, necesse est singula gni & genita esse. & si hoc est necesse, horum generatio in orbē currit.

His verbis docet simpliciter necessarium non reperiri in illis mutationibus quæ sūt secundū rectam lineam finitam hoc ita probat, quod fit necessario simpliciter, semper fit. Quod aut fit secundum rectam lineam non semper fit. Ergo simpliciter necessarium non inest in mutationibus secundum lineam finitam. Nota est consequentia: alioqui duo contradictoria essent vera: si quidem quod semper fit, non semper fieret. Maior est manifesta ex definitione eius qd⁹ est simpliciter necessarium. Minor etiam constat, quia omnes mutationes quæ sunt secundum rectum contingentes sunt: quoniam sunt mutationes singularium, quæ contraria non sunt. secundum quam ex Iephonso parente nostro Balthasar, ex Balthasare Franciscus, & ceteri simili modo procedūt. Hinc colligit Arist. necessarium simpliciter soli motui illi inesse qui in orbem fit. Nam si in circulari generatione primum existit, erit etiam in eadem secundum necessario: & si secundum, erit similiter primum. Illa vero latio perpetua est. & principium quidem habet. Siue aut fiat per pa-

COMMENTARIUS.

ciora media, siue per plura, hæc in orbem mutatio nihil refert: modo in orbem recurrat motus. Idem enim accidit cum duo media tantum sumimus: & hoc modo fit reciprocatio, ut si terra est, necessario est aqua. Et si aqua est, necessario est terra: vel fiat hoc modo, per plura media, si terra est, necesse est esse aquam. Et si aer ignem: & si ignis terram, atque ita deinceps semper in orbem. Quam obrem absolute, atque simpliciter necessarium tantum reperitur in commotu, & generatione quæ sit circulo: imo vero hæc inter se ita sunt affecta ut si generatio in orbem est, necesse sit singula generari: & si singula generatur, necesse est generationem esse circulem.

Quæ merito ita se habet, ut quonia motus circularis, ut alias explicuimus, motusque cæli sempiternus est, necessario, & hæc fiant, & motus sint futuri, quicunque ab hoc motu proficiantur, quique ob hunc sunt. Nam si quod in orbem mouetur, id semper mouet quidpiam, necesse est, ut horum motus circularis sit. quod sic declaratur. Existente superiore latatione, sol sic in orbem rotatur. tunc ob huius circulem anni tempora voluntur ambitu, redeuntque. & cum hæc fiunt, cuncta ab his fiunt.

Generatio in orbem facta perpetua.

Alio etiam argumento demonstrat perpetuam esse generationem, & simpliciter necessariam, quæ in orbem fit. Nempe ex motu circulari, quo cælum agitatur. Nam quæ ad modum monstratum est 8. lib. de phys. auct. solus motus circularis æternus est: quod si simpliciter necessarium sit æternis, & quæ semper sunt in eis, ut ostendimus Paulo super prim. & per se simpliciter necessarium merito motui cæli, qui est æternus. Ceteri vero motus a motu cæli habent quod sint æterni. Nam quia motus firmamenti æternus est, motus etiam planetarum est æternus. Et quia motus solis per Zodiacum est æternus, etiam est æternus reditus temporum anni, hiemis, veris, æstatis, autumnus, est enim circularis. Et quoniam anni tempora circulo redeunt, generatio & corruptio plantarum atque animalium circulo efficitur. Et æternitatem habet. Nam generatio & cor-

ruptio naturalis ortum habet a temporum anni mutatione.

Cur igitur quædam sic fieri videtur? verbi causa aqua & aer in orbem fiunt, & si nubes futura est, ut pluuia sint oportet, & si pluuie, ut nubes, homines autem & animalia non reflectuntur in se, ut idem iterum fiat? Haud enim est necesse, ut si pater fuerit genitus, tu quoque genereris. Illud est necessarium, si tu genitus sis, ut pater quoque genitus fuerit. Sed hæc generatio recte procedere videtur.

Duas deinde adducit Arist. quæstiones: atque illas soluit. Alteram his verbis. Cur hæc reciproca generatio non contingat in omnibus generaliter: sed tantum in aliquibus: rem probat exemplo: aqua inquit in aerem conuertitur, & aer in aquam. Et si nubes facta fuerit, subsequatur pluuia: si pluuia fiat oportet nubem præcessisse: homines vero, atque etiam cætera animalia non eodem modo reciprocantur. Neque ita in se redeunt, ut idem homo fiat qui antea fuit: non est enim necessarium, ut tu nascaris, si pater tuus, natus est: potuit siquidem te non generare: licet sit necessarium, ut fuerit pater tuus si tu natus es. Respondet Arist. huius rei illam elerationem, quoniam hæc generatio filij ex patre non est in orbem, sed recta potius: est enim secundum numerum: aut singularium hæc mutatio. Altera vero transmutatio elementorum secundum speciem fit, quæ quidem non recurrit idem aer secundum numerum. Sed secundum speciem, cætera quoque modo simili. In generatione autem secundum speciem quia circularis est, recte id potest accidere, quod videmus.

Cur reciproca generatio non in omnibus contingat.

Respondet Arist.

At principium considerationis hoc iterum est. Vtrum omnia simpliciter reciprocantur, an non. Sed quædam numero, quædam specie tantum. Ergo quorum mobilis substantia immortalis est, hæc haud dubie eadem erunt. Nam motus sequitur motum, quorum vero mortalis, & caduca, hæc ut eadem specie, non numero reddantur, est necesse. Quare aqua ex aere, & aer,

& aer ex aqua redeunt eadem specie, nō numero. Quod si & hæc eadē numero redeūt, at nō ea quorū substantia talis efficitur, vt possit nō esse

Curquidē redeant numero eadē alia non

Alteram quæstionē insinuat hoc loco. Ea est, quam obrem ita contingat vt quædam eadem redeant secundum numerū facta mutatione, alia vero non eadem secundum numerum redeant, sed solum secundū speciem? Nam si redeunt quia circulo mouentur atq; in orbē, quam obrem quædam numero eadē redeunt, alia vero secundum

Respondet speciem. Respondet Arist. eam esse causam quia quorundam substantia est immobilis, atque incorruptibilis, aliorum vero substantia corruptibilis est. Illa igitur redeunt per acta mutatione eadem numero quorum natura atque substantia immobilis est. Atque etiam incorruptibilis. Cuiusmodi sunt corpora cælestia, quæ semper redeunt numero eadem: quoniam substantiam atque naturā æternam & incorruptibilem sortita sunt. plantæ vero & animalia, quia naturā, & substantiam habent corruptibilem, non redeunt sanē numero eadem, sed dumtaxat secundū speciem. Idem contingit in elementorum

Correctio ne Aristot. utitur. generatione. Deinde correctione quadam utitur Arist. illis verbis, q; si & hæc eadē numero redeunt, &c. Dixerat elemēta ipsa non redire cum transmutantur eadem numero: vt cū ex aere fit aqua: & rursus ex aqua aer, modo inquit, quod ipsa elemēta magis videntur eadem numero redire, quā animalia. Nihilominus nō omnino eadem numero redire per generationem dicuntur: quia ipsorum natura talis est vt possint dissipari, atque non esse. Nos enim inquit Arist. non existimamus talem esse naturā, & substantiam elementorum, vt transmutari nō possit, sicut dicebat Empedocles: sed generabilia ea ponimus, ita vt possint non esse.

Quæstio.

Vtrum semel corruptum possit secundum naturam redire numero idem.

Vnde sumitur quæstio

Arepta occasione ex verbis Arist. cum ait, ea quorū natura atq; substantia corruptibilis est, eadē numero non repa-

ri, sed specie: quod elementorum atque animalium exēplo probat, vertitur in quæstionem, vtrum secundum naturā semel corruptum reparari possit idem secundum numerum. Secundum naturam quærimus, nam supra naturam contingere id optimè posse, naturā quæ

obscurū non est: quod ex resurrectione mortuorum quam fide tenemus certissimè cōstare possit. Hæc vero vtrū potuerit deprehendi naturā lumine paucis attingem? Paulo inferius. ergo inter antiquos philosophos Plato extitit, qui existimauit sanē, atque id monumentis suarum literarū testatur, semel reliquit, accidere optimè posse, vt quod semel corruptum est, reparetur per naturā. Imo vero enēturum ita esse testabatur. Per actō, iam atque cōfecto proprio cursu primi mobilis, qui triginta sex millibus annorum absoluitur, eius iudicio. Tunc enim ferebat se iterum publicè at henis professorum philosophiam in Academia atq; eisdē auditoribus Huius rei ea ratio est, quoniā eo tempore omnia eadem in motu cæli, & aspectibus syderum, vnde generationes ortum habent, contingere debent. Addit Alexander Aphrodisiæsis grauis imprimis philosophus rationem quandam in quæstionibus naturalibus, & moralibus, quā repetit Philoponus ad calcem commentatorum in

libros de ortu: ea est, quia materia ortus eadē perpetuū manet: causa præterea efficiēs, hoc est motus cæli, eadem est semper. Ergo eadem sicut modo secundum numerū, quæ fierant corrupta prius. Nos vñ falsam putamus: fieri non posse vt natura redeat idem numero, quod semel corruptum est: ratio est vt inquit Philoponus, quia accidere non potest vt recurrant vsquā eadē secundum numerū causæ. Et licet Socrates modo iterum generetur nō erit idem numero Socrates. Nam vt aliqua duo sint eadē numero, non satis est quod cōstent eisdem, sed oportet vt idem permaneat prius, & posterius secundum formā. Quod non ita contingit in his quæ corrumpuntur. Etiam si generetur iterū. Accedit ad hoc quod cæli motus non potest esse idem, si magnus ille annus secundum numerum sit diuersus, vt constat. & si motus non est idem, neque tēpus idem erit, cum tempus sit mensura motus.

Arqui motus cæli idē numero necessariū est vt res quæ motu illo efficitur sit numero eadem. Aspectus præterea cæli diuersis tēporibus

Affertione itra.

Alexander Aphrodisiæsis Philoponus.
Falsa Platonis sent.

COMMENTARIUS.

poribus necessario diuersus est, & est quidē
necessarius ad ortū rerū efficiendū. Rursum
etiā postquam res semel corrupta est, licet
materia eadē perseueret, potentia quę erat
in ea materia ad formā iam corruptā antea
quā efficeret, aboletur. Est tñ necessariū ad
formę eiusdē productionē. Sententię vero
Platonis illa ratione confutari pōt, quia si
cōfecto in agno illo anno quē ponebat, res
oēs quę fuerunt olim eadē numero redire
debent, aut id eueniet necessario, ita vt nul
lo modo impediri possit, aut contingenter.
Si contingenter, poterunt impediri aliqua
ratione. Ergo cū ille non possit certō scire
utrū impedi debeant, an, non, nullo modo
rectē inquit, eadē numero reditura esse, si
contingenter debēt euenire. Si vero recur
rere debent necessario, adimit arbitrij liber
tatē: siquidē quod ex voluntate pēdet, atq;
ab ea profectum est, si necessario redire de
beat, non eueniet libere. Quam obrem eius
opinio nulla ratione defendi potest. Si vero
qui Platonis opinioni fauere velit Aristote
lem adducat in suam sententiā cap. penul
timo lib. huius, cum ait, idē agens vno atq;
eodem modo se habens, semper natum est
idem efficere: motus cęli est vnus atq; idē
perpetuus, ergo semper natus est idem face
re: atque ita fiet vt semel corruptum gene
rari iterum possit numero idem. Obiectio
nem hanc nos ita diluemus, primum si di
camus maiorem propositionem ita intelli
gendam esse, vt idem agens vno atque eodē
modo semper se habens, semper sit natum
efficere idem secundum speciem, non tamen
idem secundum numerum. Nam etiam ille
motus quem hodie & eras ædit primum
mob le secundum numerum diuersus est.
Quare multo magis diuersum est quod effi
citur his duobus motibus. Secundo, non fa
cis est vt agens sit semper vnū numero, sed
præterea oportet vt semper vno atque eodē
modo se habeat. ceterum cū ex parte
materiæ non sunt omnia eadem, neq; agēs
primū existimare oportet habere se modo
eodem, atque ita non debemus ex eodē spe
ctare semper eundem numero effectum.

Quæstio.

Vtrum ratione naturali, præsertim
Ari. principijs conuinci possit
resurrectio mortuorum.



Hanc quæstionem Libuit Cur quæ
attingere ad calcem vni- tionem in
uersæ disputationis de or ducemus.
tu atque interitū vt pau-
cis constituere possim v-
trum ratio aliquana iura-
lis suppetat ad persuadendum quod resur-
rectio mortuorum futura sit. Et quidem q̄
nulla ratio similis suppetat primum inde
probari possit, quia veteres philosophi, i. Ratio.
qui Athenis versabantur, Et Aristotelem
atque Platonem præceptores habuerunt,
Cum Paulum de resurrectione disputan-
tem audirent, quod ex actis apostolorū con-
stat, eam disputationem magno cū risu ex-
ceperunt: eundemque, ob eam causam semi
niuerbium, id est verborū seminatorē, voca
uerunt. Accedit ad hoc, q̄ futurā esse mor-
tuorum resurrectionem fide constat. Qua
re non videtur persuaderi posse aliqua ra-
tione naturali. Tertio, quia vt futurā esse di
camus resurrectionē mortuorū, primū oīm
pro cōperto habere debemus, animā huma
nā non extingui cū corpore, sed immorta-
lem potius esse, atqui vix vnus, aut alter in-
ter antiquos philosophos extitit, qui im-
mortalem atque aternā animā esse dixerit
ergo multo min⁹ persuadere sibi potuerūt
futurā esse resurrectionem mortuorū. Po-
stremō, cū Ar. asserat præsentī cap. fieri non
posse, vt semel corruptū, natura redeat nu-
mero idem, præsus videtur mortuorū resur-
rectionē negare. nobis aut, vt quæstionē pro
positam absolua⁹, nonnulla dicenda sunt
quę proximē rem præsentē attingant. vnū
est, q̄ nisi statuamus immortalem esse ani-
mam inanis est, & superuacanea disputatio
de resurrectione mortuorum. Siquidem re
surgere quempiam nihil aliud esse videtur,
quā eundem numero hominem redire, ani-
ma quę superstes post cineres persisterat
corpori eidē reddita vnde discesserat. Verū
autem Aristo. senserit aut ex eius philoso-
phia rationes accipi possiat, quibus con-
uincamur, hominum animam esse immor-
talem, diligenter, atque accuratē pro inge-
nij, atque virium nostrarum tenuitate mō-
stratum est a me in apologia Aristo. in vul-
gus emissa: quam aduersus eos cōsecimus,
qui ferunt Aristot. putasse, animam ex-
tingui cum corpore. Obseruandum præ-
terea est opinione Aristot. & aliorum qui
recte sunt philosophati animam homi-
nis effectam esse a deo, vt pars esset ho-
minis.

actus inquam corporis physici, &c. non vt per se existeret. iam vero sic statuo: ex parte causæ efficiētis nulla naturalis ratio reddi potest, cur anima postquam semel corpore soluta est, eidem iungatur, atque eius iterum forma fiat. Est enim hoc altissimū negotium, neque assequi humana mens vnquam possit, nisi illustre diuini luminis splendore, modum, quo deus rem admirabili sua infinitaq; sapientia & virtute præstare possit, ac debeat, postremis temporibus. Cæterum ex parte finis reddi optime potest naturalis ratio cur ita fiat: neq; ea simplex: sed duplex potius: vna est, quoniam ex superioribus manifestum est hominis animā Arist. & Plat. multorumq; aliorum philosophorū iudicio æternam esse atque immortalē: & adeo effectam vt esset forma corporis. Ad quam rem natura inclinat est eidem, atq; implantatus appetitus, qui nunquā humana ipsam mentem deserat, siue sit cū corpore coniunctus siue libera atque exempta a corpore. Ergo postquam vita quispiā functus est aliquādo ad idem corpus regredietur: alioqui frustra atque inaniter a natura concessus esset animæ similis appetitus, natura vero (opinionem philosophorū nihil frustra agit. Quare hac ratione naturali aliquo modo persuadetur qd sit futura mortuorum resurrectio. Deinde quia homini a natura concessus est finis. Quem cum appetat dum in corpore existit, neque assequi eundem valeat, postquam a corpore discessit anima atque æthereas sedes occupauit, rursum ad corpus redire debet vt proprio sine perfruatur. Rem eandem attigit Ludo

uicus Viues de veritate fidei differens. hinc aperte constat quomodo adductæ in contrariam partem rationes soluendæ sint. Illæ quidem probant nulla ratione naturali posse conuinci omnino, atque perfectè, quòd futura sit resurrectio, & quo pacto fieri debeat, & similiter quo apparatu, quod nos etiam libenter concedimus cum ex parte efficiētis causæ, & modi nullam inueniam rationem. Si quid aut apud veteres quosdā philosophos reperitur qd videatur eò pertinere vt asserant, futuram esse resurrectionem, vt apud Platonem aliquando: & interdum apud Pythagorā id vniuersum ab his dici putandū est, ex hebreorū aut Chalæorum relatione: quibus diuina reuelatione constitit futuram esse resurrectionem mortuorum. Neque enim immerito Numentius dixit, Platonem esse Mosē loquentem lingua Atticā: sanctissimus etiā Iobus nō humana ratione, sed diuina potius inspiratiōe in ea verba proripit, vt diceret, credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et quædā alia que plane christiana sunt. Christus Redemptor noster sic nos sua ope adiuet vt primum exuto vetere homine a peccatis resurgam: deinde vitæ puritate comparata diuinæ gloriæ consortes, atque participes efficiamur. Absolui hanc enarrationem librorum de ortu, & interitu Compluti in contubernio diui Illephonsi decimo quinto calendis Decembris, 1561. Quo tempore vix expleveram trigessimū quartum meæ ætatis annum.

Finis.

Affectio.

Ex parte efficiētis.

Ex parte finis.

Vnde poterint philosophi diuine resurrectione.



Lex. xv.

tionem de facto sed processit ppter gros
finē iudicis qui nimias comederat fabas
refert & sequitur *Jas. in. d. vj. col. vbi sub*
dit se non inuenire Bal. in aliqua ex tri-
buis lecuris suis istud dicere. Extende
quarto. aut quinto. at tēto casu proximio-
ri (quem fornozem dixi) q̄ si testator di-
cat relinquo vxorem meam dominam &
usufructuariam bonorum meorum. quo
cā su existentibus liberis intelliguntur so-
lum relicta alimenta vt per glo. & doc. in
auct. hōc locum. si mulier secum. nupsit.
Bar. in. d. l. i. i. cum testamento. §. si. de
lega. ij. tam en illa verba important. q̄ ta-
lia alimenta poterit vxor auctoritate p-
pria capere & sua manu. q̄ms alias de he-
redis manu capere ōberet. Ang. i. l. reruz
amotarū. §. ff. rez amota. allegat Joā. an.
i. addi. Spec. in titū q̄ filij sint legi. §. ij. &
dicit q̄ non reperit aliū doc. de hoc face-
re mentionem. tamē in terminis tenet idē
Alb. de rosa. in. d. auct. hoc locū in. ij. col.
& ibi Bar. in. ij. col. in fi. Bal. in. c. fin. in.
vij. col. in fi. de consue. Alex. in. d. l. ne-
mo potest. & postea. Jas. ibi in. d. vj. col.
quod ius intrandi propria auctoritate po-
test creditor alteri cedere. Bar. per tex.
ibi in. l. j. §. usufructuarius. in. j. col. ff. de
nom. ope. nū. vbi dicit Bar. q̄ nescit tex.
in mūdo qui melius faciat q̄ ille. que cō-
clusio Bar. est vera & cōiter approbatur
p̄ doc. ibi maxime Jas. in. ij. col. pro qua
facit quod vult glo. in. l. cum fundum in
verbo postea. & ibi Bar. de vi. & vi ar-
ma. vbi glo. vult q̄ illud ius extrajudicia-
le q̄ quis potest incontinenti expellere i-
naforem potest alteri cedi. & illam glo. re-
putat singularem Bal. in. c. fi. in. j. col. ad
fi. de iuramen. calū. per quam ait ipse in
c. j. §. j. de pace iura. firmā. q̄ si possum pro
pria auctoritate capere debitorem vel in-
gredi possessionem. q̄ illud ius alteri ce-
dere possum & ita tenent omnes secundū
Jas. in. d. §. usufructuarius i. d. ij. col. Sed
si ex forma statuti licitum est se vendica-
re propria auctoritate aut hostes occide-
re seu inimicum. talis facultas non potest
alteri cedi vel demandari. & ita procedat
illa opinio. Joā. relata per glo. in. d. l. cū
fundum. quā ad hoc reputat singu. Bal.
in. c. ad nostraz de proba. & in alijs locis
de quibus per Jas. in. d. ij. col. & late per

Alex. in. l. si cum dotem. §. trāsgrediamur
in. vi. & vij. col. post Pau. de Las. ibi. ff.
solu. ma. & ista conclusio est indifferenter
approbata per omnes secundum eundez
Jas. in. d. ij. col. Limita dupliciter. primo
in patre qui potest demandare filijs vt oc-
cidant adulterum filie tex. est not. & ibi
glo. in. l. grach? vbi & Bal. & clar? Sali.
C. de adulte. Bar. in. l. non soluz. §. si mā-
do. in. j. col. in fi. versi. sed quero quando
est secum in delictum. ff. de iniurijs. & vi-
dete Ang. in tracta. malefi. in parte. q̄ me
hai adulterato la mia dona. Secundo li-
mita q̄ licet tale ius se vendicandi. vel p-
pria auctoritate occidendi alteri delega-
ri non possit (vt vidistis) tamen ille cui cō-
petit potest secum adhibere socios & com-
plices ad istum actum. qui si simul cum eo
occidant. non tenebuntur de occiso nec
de auxilio p̄sisto. Pau. de Las. post Jac.
Bur. in. l. refectionis per illum tex. ff. cōis
predio. refert & sequitur Bar. yeronē. in
tracta. serui. vrbā. in. c. xij. in vlt. col. vbi
dicit se ita obtinisse in ciuitate Terone
& fuisse per curiaz iudicātū. Itā Terone
est statutum. q̄ si maritus pater aut frater
reperiant aliquem cum vxore filia vel so-
roze male conuersantem possunt eum im-
pune occidere. Quidam sciens aliquem
cum sorore male versari. duos conuoca-
uit socios qui illum simul occiderunt. ob-
tinuit q̄ si frater ita alij socij in totū simul
absolui debent. Jas. faciens mentionem
istius decisionis in. d. §. usufructuarius in
d. ij. col. inquit murari q̄ non viderit Bal-
dum in terminis. q̄ idē clare decidit in. d.
c. fi. in. d. j. col. ad fi. de iura. calū. vbi pro
hoc addit rationem: quia cui conceditur
q̄d aliquid impune faciat videtur semper
concessum vt conuocatis amicis & fami-
liaribus suis istō facere possit. per. l. si sti-
pulatus fuero per te non fieri. de verbo.
obli. Sed q̄uis ipse non dicat idem Bal.
tenuit contrarium in. l. vt vim. in. vj. q. de
insti. & iure. vbi tenet q̄d socij offensi non
possunt apponere manum ad vindictam
eo quia permissio est personalis que per-
sonam non egreditur & statutum se restri-
git ad offensum. tamen possunt eum asso-
ciare & assistere maleficio nec tenebuntur
de associatione & fauore. ita Bal. vbi. §.
per verbum credo. cum sint accessorij ad

gatarium propria auctoritate rem legatarum occupare non posse: alias perdit legatum. l. non est dubium. C. de lega. hoc tamen non procedit in legatario cui testator dedit in testamento licentiam apprehendendi possessionem propria auctoritate tunc si apprehendit legato non perit. quia tunc non dicitur apprehendere cum vitio ut dicitur in d. l. non est dubium. et testator possit talem licentiam dare legatario. probat textus in l. una cum testamento. §. j. §. vñ intellectus glo. ibi vbi et not. Bar. §. lega. §. idē Bar. i. d. l. ij. i. d. repe. in. ij. q. pan. vbi dicit de hoc esse casus expressum in d. l. una. d. §. j. secundum tertiam lec. glo. ibi. Bal. in. l. j. in. iij. col. cōia de lega. et allegat. d. §. j. r. d. glo. quam ibi inquit not. et subdit ex hoc notare. q. testator potest committere legatario executionem propriam legatum. Idē Bal. in. l. legis iulic. C. qui bo. cede. possunt. Ipse Bal. Sali. Pau. de Laf. et Jas. in. d. l. non est dubium. Ang. in. l. si legata. C. eo. tit. §. lega. Bar. in. l. nemo potest. in. ij. col. de lega. j. et in l. legamos in pan. in. j. col. ff. d. legi. tuto. vbi per hoc infert q. licet ad hoc ut tutor possit administrare. requiratur q. administratio per iudicem decernatur. tamen testator potest in testamento disponere q. tutor propria administret auctoritate absq. hoc q. per iudicem decernatur. allegat. l. cui eorum in prin. ff. de postu. refert et sequitur. Jas. in. d. l. non est dubium. et in. d. l. nemo potest. in prima lec. in. vj. col. Lō firmo secundo. iudex potest dare licentiam parti vincenii de ingrediendo possessionem propria auctoritate. glo. Bar. et doc. in. l. iuste possidet. ff. de acqui. posse. glo. Ang. et moder. in. l. miles. §. qui iudicati ff. de reudi. Bar. in. l. j. C. vi nemini liceat sine iudi. auto. Confirmo tertio. ex pacto cōcedi potest q. creditor sua autoritate rei obligate possessionem accipiat. d. l. iij. cū ibi notatus. C. de pigno. Et tunc de q. etiam in testamento non solēni potest per testatorem dari licentia apprehē-

dendi possessionem bonorum defuncti. secundum Bal. in. c. ceteri in. iij. col. de iudi. text. est in l. si. ff. de reb. eo. quem ad hoc dicit not. Jas. in. d. l. nemo potest in d. j. lec. in. d. vj. col. Et tunc de secundo. q. si testator se pro herede vel legatario possidere constituat. quis non valeat ut precarium vel ut constitutum. quia nemo re suam precario rogare potest. l. nec pignus. de regu. iur. tamen heres aut legatarius mortuo testatore propria auctoritate possessionem ingredi potest quia testator potest prevenire mortem tradendo. l. lucius. la. j. de lega. §. ita Bal. in. c. j. in pen. col. de confirma. vñ. vel in pñ. ubi dicit q. istud est dictum sum in nomis ab alio non tactum. refert et sequitur. Jas. in. d. l. nemo potest. in lec. et col. §. d. Et tunc de tertio. q. per ista sola verba testatoris videlicet. q. heres non impediat legatariū in possessione. intelligitur data licentia legatario capiendi rem legatarum propria auctoritate. Ang. singu. in. l. hec si res per illum text. ff. de rei ven. iuncta. d. l. una cum testamento. §. j. de lega. ij. quod est notandum secundum. Jas. in. l. centurio. in. xvij. col. de vulga. et pupi. et in. d. l. non est dubium. et in. d. l. nemo potest. in dictis lec. et col. de qua decisione. Ang. memor. fuit Dida. de seg. in. d. volu. folio. lx. col. iij. Fortius est. q. si testator diceret vim fieri veto legatariis meis. videtur per hec verba eis dare licentiam propria auctoritate ingrediendi. fm Ludo. ro. in rep. auē. si militer in. xx. speciali inter vltimas voluntates. ad. l. falci. et ita dicit velle foisū Bal. in. l. j. in lectu. antiqua. cōia d. lega. p. tex. singularem in. l. permisceri. §. species fm vnam lectu. Jac. de Bre. ff. de acq. posse. sequitur simpliciter Alex. in. d. l. nemo potest. Contrarium tenet ipse. Ludo. ro. in singu. lxxxvij. incip. Adverte ad me. vbi refert. q. si testator dicat. veto vim fieri legatario: vel legatario non fiat molestia. per talia verba non dicitur dare licentiam. q. propria auctoritate capere possit secundū Bal. in. d. l. j. in prima lec. in fine. quam lec. fecit Perus. per. d. §. species. Sed ille text. secundū Ludo. vbi supra nō probat propter dictionem ingredienti ibi positam. tamen dicit Ludo. q. per illam auctoritatē Bal. obtinuit Florentie ques

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including 'y' and 'h' characters.

Large handwritten signatures and scribbles at the bottom of the page, including names like 'D. ...' and '...'

[Faint handwritten text, possibly a signature or date]

[Faint handwritten text, possibly a signature or date]

Car. C.
P. 22.

1788
D. 1000

Fraburny
H. 1000

Handwritten text, possibly a signature or name, partially obscured by ink smudges.

Handwritten text, possibly a signature or name, partially obscured by ink smudges.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or name.



Swam^a Top^a

Est. 25

Tab

Num. 6

III

IIII

OO

XX

XXII

XXIII

XXIV

XXV

678

712